



**Disputatio de auro potabili, in qua accurate admodum
disquiritur, num ex metallis, opera Chemiae, concinnata
pharmaca tutè utiliterque bibi possint.**

<https://hdl.handle.net/1874/436869>

DISPUTATIO
DE AVRO
POTABILI, IN QVA
ACCVRATE ADMO-
DVM DISQVIRITVR,
num ex metallis, opera Che-
miæ, concinnata phar-
maca tute utiliter
que bibi pos-
sint.

THOMAS ERASTO, ME-
dicina in schola Heidelbergensi
Professore.

Adiectum est ad calcem libri Iudicium
eiusdem Authoris de indicatione
Cometarum, ex veris fun-
damentis & naturæ
principijs e-
rutum.

• BASILEÆ
Apud Petrum Pernam
• Anno 1578.

IN INVENTORES AN-
ri potabilis.

Ως ὁ Μίδας ποτ' ἄν' ὦ μάκαρ, εἰ τέχνην περὶ νόσον
Τὺ ποιεῖν χρυσὸν βρώσιμον ἠδὲ ποτόν.
Λιτήσας γὰρ ὑπὸ Βρομίου πατρὸς ἄν' λάβεν αὐτίκ,
Οφρα κέν οἱ ῥῶσαι χρυσὸν ὑπολύμενον
Λιὼν ἔν' ἔτ' παρ' χρυσεὶς ὄσιν ἀλιθῶς,
Ὅς περ φέρει χρυσὸν βρώσιμον ἠδὲ ποτόν.
Ἰατροὶ γὰρ ἔασσι μαλ' ἴσθριες, οἵ πινες ἄμμιρ
● Οὐ ποῶσι ρόνον χρυσὸν ἀπειρέσιον·
● Ἀλλὰ καὶ δρόντες τέχνην ἀπὸ τοῦ ποθηνιῶ
Τὺ ποιεῖν χρυσὸν βρώσιμον ἠδὲ ποτόν.

M. Christophorus
Schillingus

VIRTVTE TVM MAIORVM TVM VERO PROPRIA
nobilissimo iuveni, Michaeli à Conar-
sin Boruffo, Felicis à Conarsin Capita-
nei in Hamerstein & Baldenburg &c.

Flio, S. P. D. Thomas E-
rastus Medicus.



*Un superioribus annis medici
quidā elegantes & prudētes de
ratione ac via cogitassent, qua
partes medicamētōrū puriores
& prastātiores ab impuriorib. & ignobilio-
rib. secernerēt, ac conatui euentus pulchrē
respōdisset, meritō ab omnib. opera eorū pra-
dicata fuit. Quis. n. non laudet rem publicē
utilē ac salutarē? Nō est opus multis ratio-
nib. ostēdere velle ingrata nobis medicami-
na pleraq. esse: cū sine ratione quotidie ferē
experiamur. Cause quoq. explanationē. cur
aliquid fiat. ppauci cupiūt scire, quoties vel
sine huius cognitione fieri sciūt. Utile porro
esse partiū subtiliorū à crassioribus, puriorū
ab impuriorib. utiliū ab inutilibus, gratarū
ab ingratiss. separationē, ne dubitari quidē
potest. Hāc in plāis earūq. partib. (et similib.*

alijs) discretionem arte Chemica factam;
cum ab omnibus ferè commèdari animad-
vertissent rudes & imperiti quidam Che-
mici, arte sua aurifactrice (à qua se ad men-
ditatem redactos viderāt) relicta, ad Me-
dicinam artem castissimā sordes suas inau-
spicatio transtulerunt. Quippe non solum
partes nobiliores pharmacorum, quæ intra
corpus tuto sumuntur, ab ignobilioribus se-
gregare illorum, de quibus supra dixi, imi-
tatione studuerunt, sed ut amplius aliquid
scire putarentur, mutalla & gemmas (quæ
nativus calor conficere nullo pacto potest)
in olea, aquas, liquores pulveres dissolvere
tentarunt: eaq; agris maximè prodesse di-
ctitarunt. Nec difficile fuit idiotis in re Me-
dica, præsertim ditioribus & delicatioribus
(imò ipsis quoque rudioribus Medicis) per-
suadere, tanto in his rebus maiores inesse vi-
res, quanto rebus alijs preciosiores existi-
mantur. Audaciores eos fecit, quod ab arte
Chemica ad fallendū instructi facile se la-
tere posse prospexerunt. Etenim paucissimi
sunt, quibus non possis pro auro poculento
quemlibet humorem obtrudere, & precium
nomine quodvis extorquere. Scio ego ho-
mines

mines (si modo rectè homines nominatur e-
iuscemodi impostores) qui ex reb. vilissimis
concinatos succos rubros, albos, flavescen-
tes, oleosos, incredibile argenti & auri sum-
mā emunxerunt, dum se coraliorū tinctū-
ram, Margaritarū succū, aurū poculentum,
aliaue alia exhibuisse aut exhibuiros mē-
titi fuissent. Plures cū ad curationē certorū
morborū purissimo auro se indigere dixis-
sent, Vngaricosq; vetustiores aureos, Hispa-
nicos, Anglicos, &c. extorsissent, pro ijs anti-
monij, & hydrargyri puluerē reddiderunt:
auroq; accepto mortē agris procurauerunt.
Credo similes imposturas apud veteres quo-
que obseruatas (quod antiquiores nonnulli
Chemicorū libri significare videntur) quæ
magistratus de remedio cogitare coegerint.
Hinc certè natū videtur, quod magno et pri-
uatisissimo cōsilio pharmacopolia publica in-
stituerunt, & ne ulli Medici domi suæ cōpo-
sita pharmaca agris offerrent, prohibuerūt,
sed ut pharmacopœo κεip. iurato scripta ex-
hiberent praeceperūt, quo liqueret bonis an-
imalis pharmacis in curādo usi fuissent. In-
credibile est, quantū hoc institutū mortalib.
cōmodarit: nec salutē publicā rectē unquam

cōsuletur, nisi hoc ipsum revocetur. Quod
dico, ipsa re et factō quorundā edoctus dico:
Vidi enim nō unū tantū sceleratē pharma-
cis per imprudentiā et ignorantia. (nolo cre-
dere consilio factū) necatū, quorū effectus
etsi oculis pateret, cōtra negātes tamē, quia
domi parauerant, nihil demonstrari potuit.
Ceterū quia his malis mederi nostrū nō est,
nec aliud possumus, quā monere, in presen-
tia hoc solū ostendere volumus, pharmaca
ex metallis vi igniū parata (qua Chemicī
utilitatis sua causa cū certa hominū perni-
cie ex fornacibus suis ad Medicorū officinā
transportarunt) deglutiri non debere ab eo,
qui salutis propria est amās. Quoniam nul-
lum est hoc pacto preparatū, quod non plu-
rimū noceat, aut saltem nō sit inutile. Quae
nec iuvant, vel nocēt, hoc solo ob sunt, quod
magno frustra emta sunt. Quae prae ter quā
quod nihil cōmodant, agris perniciē in super
adferunt, pecunia & vita agros simul spo-
liant. Sunt. n. omnia, non re sed estimatione
& mendacijs artificū preciosa. Pauca certē
sunt, quae utilitatē in presens attulisse vi-
deantur: quae tamē omniū qualitātē mortifi-
feram viscerib, imprimunt latentē, nullis,
postquam

postquā sese deinde prodidit, medicaminib.
curabilē. Etsi verò nō defuturos scio tum ru-
des quosdā, qui rationū momenta nō intelli-
gūt, tum peritiores aliquot paucos, qui vel
propter pudorē nō audēt, vel propter ambi-
tionē sunt risuri, nō tamen ob id non debui
ego sanabiles curare. Qui insanabiles sunt,
iusto Dei iudicio ere suo proprio mortē sibi
ultrō ement. Occasionē scribendi hac de re
dedit vir prudentia & virtute prestanti-
simus, qui uxoris morositate inductus reme-
dia talia magno quidē emit, sed dolum mox
olfacere cœpit. Solēt isti Tenebriones ad pri-
marias fœminas se adiungere, eisq; callidē
insusurrare, minimē convenire, ut quæ di-
gnitate atq; opibus plebeis præstent, eis dē re-
medijs curentur. Esse. n. suaviora & nobi-
liora illis parata, qui persolvere possint. Tibi
verò, nobilissime Conarsine, disputationem
hanc nūcupare placuit, ut sub nomine tuo
prodiens tua erga me observantia et mea in
te beneuolētia argumentū exstaret. Nō pos-
sū. n. non vehementer amare, pietatē, virtu-
tē, modestiā tuā, quib. te donis deus præ mul-
tis alijs ornavit, quæq; augere tu industria,
studio, & diligentia sedulo conaris. Nec du-
bitavisti hac de de causa patriā, parētes &

commoditates alias telinquere ad externos venire, & inter hos incōmode potius, quā domi delicate viuere: quo insitas ingenij animiq; dotes bonarū artium perceptione, et multarū rerū inspectione meliores & perfectiores redderes. Quod si, ut benè cœpisti, pergere voles, facile tuorū de te expectationē omnē superabis, spero, et cū summa patria utilitate tuaq; sempiterna gloria paterna virtutis successor & heres verus pradicaberis.

Deinde cum intelligā has imposturas apud vos quoq; irrepere, poteris autoritate tua à multorū cervicibus periculū certū auertere. Accedit huc, quod talibus disputationib. quibus proprietates rerū naturalium inuestigantur et explicantur, mirifice delectaris: nec ulla re alia magis afficeris, quā veritatis indagatione & cognitione. Accipe igitur hilaris fronte strena, quā pro noui huius anni felici auspicio dare potui, et mei erga te amoris testimoniū esse patere. Si quis ad alios ex præsente disputatione fructus redibit, quē ego auguror maximū fore. (quid n. maius est, quā vitā et sanitatē conservavisse?) gratias tibi nō minores debebūt, quā mihi, quia tua causa precipuē publicā facere volui.

Fale. Die VI. Ian. anni 1578.

FURNIVS, ET ERA- STVS INTERLO- cutores.



V R. Memini te, in po-
strema collationis no-
stræ parte de Paracelsi
Medicina, asseverare,
metalla omnia venena
ti naturæq; nostræ ad

versâ quippiam in se habere, nec tutò sa-
tis intra corpus sumi. Legi interim & au-
divi, Paracelsum eiusque discipulos mi-
raculosas curationes suas operâ oleorû,
quintarum essentiarum, aquarum, arca-
norum, &c. ex Metallis arte Chemica, si- *Paracelsici*
ve, ut ipsi vocant, spagyrica paratorum, *artem Che-*
peractas, ad cœlum usque laudibus tol- *miae vocat*
lere. Nec id me tantopere movit, (scio *spagyricam*
enim quam sint ex eis plurimi audaces
& impudētes) quam illud perculit, quòd
etiam doctos aliquos animadverti ca-
stris Gale. desertis, ad Paracelsicos trans-
fugisse. ER. Ne te istud moveat. Nihil *Etiam ab-*
enim in mundo fuit unquam ita absur- *surdiss. suos*
dè cogitatum, quod non invenisset suos *habent lau-*
datores.

approbarores. E V R. Qui primi infortuam revocare Paracelsum conati sunt, illiusmodi sunt, quos nemo non putet ridendos. At qui nunc admovent manus, non videantur omnes contemnendi. Quamobrem ad te redco, teque oro, ut hac etiam in re me iuves: & quid de horum pharmacorum usu iudices, plenius exponas. Falsis & plus quam absurdis niti Principijs Paracelsicos certissimè co-

Paracelsici in omnes artes sunt iniuri. gnovi. In artē Medicā in iurijs, in Physiologiam artesque bonas omnes iniustos, in omnium seculorum eruditos iniquos, in ipsam naturā, imò in auctorē eius Deum impios esse, itidē perspexi. At nondum consequi video, remedia ex metallis arte Chemica concinnata, inutilia ac noxia censeri debere, quia, qui ea usurpant, magna ex parte indocti, rudes, & temerarii, crudique homi-

Physicæ ignarus est prorsus, qui Paracelsū probat. nes existant. E R. Ego verò nullo pacto fieri posse aio, ut naturæ peritus sit, quisquis deliramenta Paracelsi probat: tametsi eorum aliqui linguarum cognitionem contra magistri placitū, hoc studium veluti inutile reprehendentis, a-

depti

depti sint. Bonorum Medicorum doctrina non in sola linguarum notitia consistit, sed multo magis perspicientia causarum, motionum, & effectuum naturæ definitur. Doctus enim est Medicus, non qui eleganter loqui solum didicit, sed qui *Medicus doctus quis* mutationum in corporibus nostris evenientium causas, modos, occasiones perspexit: vires alimentum & remediorum omnium potestates methodo exploravit: aliaque huc pertinentia ratione ususque comperit. Quod si aliquem inveniri dicas harum rerum gnarum, qui nihilominus spreto artis nostræ principijs Paracelsica fundamenta probet, hunc ego nihil dubitem aut ambitione perditum, aut avaritia excæcatum, aut malitia planè corruptum dicere. An non enim vel superbia infatuatus, vel *Paracelsici medici quales sint.* insigni improbitate demētatus, vel turpi avaritia seductus putabitur, qui se post tot secula solum rerum naturam cognovisse falsò iactitare audeat? Si, quæ ars nostræ nocet, eiusmodi essent, quæ insitis & congenitis mētis nostræ viribus vel non comprehendi, vel regula nulla

certa indicari possent, ambigere cogemur, an qui nova veteribus damnatis proferunt, à Deo accepissent? Ceterum constat omnibus, non tantum naturaliter perceptibilia esse, quæ Medicina tradit, verum etiam omnibus, seculis clarissima & felicissima totius habitari orbis ingenia, huc studium, operam, & diligentiam contulisse, ut artem medicam invenirent, inventam excolerent, ac methodo alijs traderent. Itaque sic eam fundarunt, sive ijs fundamentis imposuerunt, quæ nec rationibus labefactari, nec experientia refelli posse videbant. Quippe non ratione solum probata, quæ pro fundamento iecerunt, sed & sensibus ita sunt nota & testata, ut certiora petens meritò vecors & amens censeretur debeat. Regula quoque seu *κρίσις* iam olim inventum constitutumque est, quo absque errore vera à falsis discerni, genuina ab adulterinis distingui, fucata & verisimilia à synceris & necessarijs inter nosci possunt. Quod nisi quis tollere è medio cum scepticis prius tenter, frustra benè fundata artis Medicæ principia

*Fundamenta
artis medicae
certissima.*

pia labefacere conabitur. Nam siue rationem sequamur, siue sensus consulamur, irritus fuit, est, erit, omnis conatus. Quis igitur dubitet, Paracelsum novo & inaudito exemplo convellere ea studuisse? aut quis neget monstri huius assecclas naturę actionum & motuum vel imperisissimos esse, vel temeraria seu arrogancia, seu audacia, seu improbitate motos, vel detestabili avaritia inductos, certa cum pernitie mortalium infani hominis insana deliria tueri audere?

F V R. Libenter tibi dabo artis Medicę principia mentis humanę potentijs ac viribus in creatione acceptis & inveniri potuisse, et inventa esse: adeoque ex eis reliqua apte deducta; totam denique artem recte constitutam fuisse. At illud non æquę dederō, Paracelsum primum Medicinæ oppugnatorem extitisse. Etenim multis retrō seculis, tum Empirici, *Medicina* *suos semper* *habuit bo-* *stes.* tum Methodici hoc egerunt. ER. Certum est neutros eō dementię venisse, ut principia artis propria abiecerint, aut falsa esse contederint. Nam & contraria contrarijs curari omnes concesserunt,

& elementa corporis nostri proxima sanguinem, pituitam, utramque bilem, constanter tenuerunt: nec rectè affectis sensibus fidem unquam derogaverunt. Empirici experientia contenti, causarum inquisitionem inutilem duntaxat, aut non necessariam arbitrati sunt: falsam aut impossibilem earum inventionem esse nunquam & nusquam affirmarunt. Eadem fermè ratio fuit Methodicorum: nisi quod rationem quidem probarunt, sed in generalissimis contrarietatibus seu communitatibus subsistentes reliqua experientiæ commendarunt. Quid in his Paracelso simile est? Inducit hic elementa & principia nova: & à condito mundo non audita. Negat corpora nostra vel ex quatuor nuper dictis humoribus, tanquam ex proprijs elementis concreta esse, vel eosdè hos in se continere: quod non rationi tantum advenfatur, sed ipsos etiã sensus è medio tollit, mendacesq; facit. F V R. An non Asclepiades principia Hippocratis damnavit, atq; Democriti individua corpuscula, quæ ἀτμοὶ à Græcis vocata sunt, inve-

Paracelsi
principia.

Asclepiades
damnavit
Hipp. prin-
cipia.

Invenit? E R. Ne hic quidem adeo fuit
 audax & vefanus, ut fenfibilia corporis
 elementa negaret quatuor humores ef-
 fe antedictos: aut fimilibus potius quā
 contrarijs occurrendum morbis opina-
 retur. Quocirca hoc verum ſemper ma-
 nebit, & novo & inuſitato exemplo Pa-
 raceiſum omnia veterū placita recteque
 inventa damnare: artisque noſtræ, imo
 totius naturæ elementa invalida rabi-
 mordere & arrodere. Reperit quidem
 nunc aliquos ſui ſimiles, qui eius placi-
 ta probant: & carnificinam ipſius more
 ſtrenuè exercēt. Sed manet eos idem il-
 lud præmium, quod alij experti ſunt, qui
 veritatē oppugnare nō ſunt veriti: nem-
 pè ut paulò poſt rudes aſini, & improbi
 carnifices fuiſſe iudicentur. Quis hodiè
 ſanus nō exſecratur ſuperbam Theſſali
 audaciā, & Dogmaticorū lanienam? I-
 dem & nunc de novis iſtis Theſſalicis a-
 ſinis dicitur, & non multò poſt publicè
 per vicos & compita cantabitur. F V R.
 Quid ſi placuiſſe Deo dicant, hæc natu-
 ræ ſecreta nunc demum aperire? E R.
 Inſapire talia dicentes reſpondebo.

Præmiū
 Paracelſi
 corum.

Primum, quia certum est, non minus esse, ac fuisse naturaliter intelligibilia, theoremata medica, quàm vel grammatica, vel Dialectica, vel Rhetorica, vel Mechanica. Deinde non minus esse ac fuisse huius, quàm aliarum plurimarum, u. sum necessarium generi humano dicā: & proinde non defuisse omnibus temporibus, qui sedulo investigarent ac completerent. Quid igitur? An solam Medicinam Deus nobis invidit, alias artes omnes, viles etiam & sordidas liberaliter concessit? Vtrum hoc aliquis non sceleratè impius ausit cogitare? Etenim Medicorum meminit sancta Scriptura 2. Paral. 16. regis Asæ temporibus, ante annos plures 2500. Quinimò apud Moysen Exod. 21. legimus, medicos publicè medicantes fuisse. Sic & Gene. 50. mandat Ioseph medicis suis, ut corpus Iacob patris sui condirent: quod & factum scribitur. Obijt autem Iacob ante annos plus minus 3300. Nec dubitare potest, qui, quam sit necessaria medicatio mortalibus, cogitat, quin longè ante illa tempora quesita sit apud gentes humaniores. Quales

Medicina
theoremata
sunt naturaliter
nota.

Medicorum
sæpè fit mentio
in Scriptura.

DE AVRO POCVLEN. 9

les Aegyptij hac in parte fuerint, aliàs
declarabo. Nunc quid sacri libri prater-
ea referant, commune facere placet.

Medicum iubent premijs afficere, ut ne-
cessaria habeat: quia Deus ipsum crea-

verit. Quod autem de medicis loquatur
Ecclesiast. qui tum erant atque ante fue-

rant, extra cōtroversiam positū est. Quo-
modo ergo Deus iussit necessaria suppe-

ditari Medicis, qui artem medicendi om-

nem ignorabant? principia falsa propo-

nebant? nemini proderant? perperā o-

mnia instituebāt? Imò quī dicitur Deus

Medicum creavisse, si principia falsa ei

instillavit? At verò dicit scriptura, Deus

sciētia hac donavit homines, ut suis mi-

rabilibus gloriam consequeretur. Per

hæc remedia (scilicet ex terra nascentia)

& artem Medicam, seu Medicum, mede-

tur, eorumque dolores tollit. Item, da lo-

cū Medico, utpotē cuius author sit Do-

minus: neve à te discedat, cum eo sit o-

pus. Hæc dico, qua ratione defenden-

rectè affirmata, si vera Medicæ artis prin-

cipia, rerumque naturalium elementa,

ante Paracelsi ortum incognita fuere?

*Deus crea-
vit veros
medicos an-
te Paracel-
sum.*

Deus medi-
cina vera iā
olim donas-
vit homi-
nes.

ac medici omnes asini, stupidi, ignari, at-
que adeo carnifices verius quàm Medi-
ci extiterunt? Falsa ne Deus sciētia ho-
mines donavit? Quomodo igitur ex
mirabilibus Medicorum curationibus
gloriam consequi potuit? Qua ratio-
ne infirmos sanavit, & doloribus ac cru-
ciatibus per remedia à se creata libera-
vit opera Medicorum, si veris remedijs
destituti erant? Quomodo Sepiasarii
tunc compositiones & malagmata ad
valetudinem sine modo & sine confi-
ciebant, si non materiam solum, verum
etiam componendi & parandi ratio-
nem omnes adhuc homines nesciebāt?
Ipse etiam Christus æternus æterni Dei
patris filius, Medicina factus est infir-
mos opus habere. Probavit igitur ar-
tem, quam tunc tenebant homines. At
Paracelsica nondum erat in Tartaro fa-
bricata. **E. V. R.** An non Luc. 8. cap. le-
gimus mulierem sanguinis fluxu labo-
rantem omnes suas facultates in Medi-
cos frustra impendisse? quæ res suspi-
cionem facit, artem ipsos veram non
cal-

Paracels.
Medicina
nuper ex
Tartaro
prodyt.

DE AVRO POCVLEN. 11

calluisse. ER. Non omnes morbi sunt
sanabiles : aliàs immortalitatem arte
consequi possemus. Non ergo rectè ra-
ticipinatur , qui sic colligit , Medicus
(qui verè sit hoc nomine dignus) non
potuit curare morbum huius ægri, qui
tamen ab alijs curatus aliquando fuit.

Ergo est veræ artis ignarus. Sæpè mor-
bus per se consideratus est medicabilis,
qui tamen in certo corpore insanabilis
efficitur. Nec mirari debes Medicos in
illa muliere nihil profecisse : cum tales
fluxiones difficilimè in omnibus percu-
rentur : & ad illustrandum nomen Dei
(sicut & cæcus natus) laboravisse videat-
tur. Discipulos Christi virtute miracu-
la edendi non rectè ob id dixeris ca-
ruisse, quia dæmonium quoddam eij-
cere non potuerunt. Ergo si morbis
semper confictati sunt homines, & ab
id necessaria semper fuit ars meden-
di : si naturalibus viribus & inveniri
potuit, & summo labore ac studio o-
mnibus ætatibus & locis quæsita
fuit : si denique divinitus ea dona-

*Morbi qui-
dam per se
salubres in
certo corpo-
ribus sunt
immedita-
bilis.*

*Paracelsici
Deum ar-
guunt men-
daci*

donati sumus ante tot retrò acta secula
qua fronte audēt Paracelsici dicere, voci
ferari, scribere, veteres omnes insaniui-
se, vera principia ignoravisse, non Medi-
cos sed carnifices existisse? An hoc nō
est Deum mendacij damnare? & om-
nium seculorum eruditos ruditis &
inscitia accusare? FVR. Exhorruī ista
audiens. Etenim huc usque stultam dun-
taxat & perniciosam esse Paracelsicorū
gloriationē opinatus fui, nūc etiam im-
piam in Deum, & planē execrabilem es-
se video. Quippe non solum Deum opt.
Max. invidiē arguit, verum etiam men-
daces (horrēdum dictu) sacras literas ef-
ficat. Nam si nulli adhuc ante Paracel-
sum vera artis principia cognita fuerūt,
nec medendi scientia mortales donati
fuerunt, probatione alia non esset opus,
ubi à sacris literis nostra confirmatur
sententia, & damnatur aliena. memini
in secunda parte Antiparacelsic. disputa-
tionum perspicuē demonstratum fuisse,
se, quatuor illa corpora qua Elementa
vocamus, corporum omnium mistorū
esse materiam: & omnem mihi ex ani-
mo

mo dubitationem exemit, quod eadem in sanctis scripturis elementa poni declarasti. Hic etiam dubitare porro non unquam potero, quin falsò Paracelsus & grex eius se veræ Medicinæ à Deo nobis donatæ sectatores & possessores iactitent. Velim nihilominus mihi ad id responderi, quod nōnulli obijciunt, medicinam multis subinde pharmacis augeri, multa etiam theorematum corrigi, nec pauca hodie inventa esse veteribus incognita. Putet enim aliquis fortasse, artem nō fuisse traditam vetustioribus, quæ tot increments locupletior fiat.

E R. Nihil hæc probant. Non enim ob id ars inventa non fuit, quia vel sententiæ aliquæ rectius explicantur, vel theorematum alicuius accessione ditatur, vel denique remedia multiplicantur. Quæ namq; Deus nobis largitur p̄ naturalia media, non sic nobis infundit perfectæ, ut meliora cultura fieri nequeant. Nobis hac de re sermo non est, sed de animis totius fundamentis & constitutione: quæ talibus increments non labefiunt, sed confirmantur & stabiliuntur. Si Pa-

racellus cum suo grege locupletassent
salutaribus & bonis remedijs, nec fun-
damenta artis conuellere, imò fundi-
tus evertere, totamque adeo structu-
ram luxare & dissolvere conarentur,
gratias eis meritò haberemus. Longè
differunt artem novam, novis positis
principijs, fundare: & veterem auge-
re. F V R. Quia ratione dicis Deum
morbos tollere, & Medicum eisdem
artis beneficio depellere? E R. Sic fer-
mè Deus per Medicos sanat infirmos,
et Deus et sicut per agricolas alit ac nutrit. Nul-
Medici sa- lus puto ambigit, quin Deus initio
nent. docuerit homines agriculturam, &
quidem rectè vereque docuerit: licet
ea nunc quoque magis ac magis exor-
netur: & alius alio rectius eam teneat.
Eodem modo putare debes, veram
medendi artem eum donavisse: ta-
met si non omnes æquè in ea sint ex-
exercitati: & subinde magis ac magis
perficiatur. Sunt enim infinita ferè,
quæ Medicum scire oportet. Nec ob
id artis expertos dicendi sunt, qui præ-
ceptis eius insistentes ad finem tamen
non

non perveniunt. Et quemadmodum oportet agricolam terram aratro proscindere, semenque opportuno tempore eidem secundū artis legē cūmittere, nec tamē voti sui sit cōpos, nisi Deus cōmodā tempestatē incrementumq; largiatur: ita Medicus iuxta præscriptionē artis suae remedia admoveere debet, successum autem à Deo expectare teneretur. Et si ergo uterque curat, Deus & Medicus: tamen potiores sunt partes Dei. Sicut etiam non vult nobis panem concedere Dominus, si terram nos colere nolimus: ita in sanatione placet ei nostra opera uti. Perfacile ex his, & quomodo nobis donata sit Medicina, & qua ratione Deus nihilominus sit sanationum author, intelligitur. EVR. Quid verò prohibet dicere nunc revelatam, ut tamen invidiæ Deus non insimuletur? cum & Evangelij lucem nunc demum lucere nobis voluerit. ER. Nihil hic simile est. Etenim

Utrum nūc demum revelata sit vera Medicina.

nō nunc primū donatum est Evangelij mūdo: sed per Apostolos iam olim omnib. est annuntiātū. Secūdo nō revelatū

hoc tempore nobis est aliquid cum eo,
 quod edocti antea fuimus, & quod in
 Biblijs continetur, pugnans: tertio non
 sic inquisiverunt homines Deum, cum
 in rebus creatis, tum in Biblijs, ut Medi-
 ci artem suam ex naturalibus rebus ve-
 stigarunt. Magis enim molesti nobis sunt
 corporis morbi, quam animi. Denique
 non æquè possunt naturaliter intelli-
 gi doctrina Evangelij, & theoremata me-
 dica. Etenim animalis homo non perin-
 de res divinas suis insitis viribus perci-
 pere valet, teste sancta scriptura, quomo-
 do res animales sive naturales scrutari
 & comprehendere intelligentia potest?
 Esse autem, quæ ad medicinam pertinent,
 naturaliter pervestigabilia (non minus,
 inquam, atque aliarum artium & agri-
 culturæ quoque præcepta) & per se no-
 tum est, & à Paracelso sæpè affirmatur (li-
 cet more suo non infrequentius contra-
 rium asseveret) dum naturæ lumen ista
 docere contendit. Ex quo tamen non
 sequitur, Deum non esse verum & pri-
 mum authorem omnis scientiæ nostræ.
 Quippe & mentis, qua talia perquiri-
 mus

mus, conditor est: & eandem ad eorum
 disquisitionem tacite impellit: & occa-
 siones inveniendi ministrat. Adde iam
 dictis illud etiam, si libet, semper existit
 se, qui sacras literas & legerent, & intelli-
 gerent: principia autem Paracelsi nec le-
 gi nec intelligi à quoquam potuisse: ut
 quæ neque cogitata, neque scripta ab a-
 liquo fuissent. Si namque olim scripta
 & nobis tanquam vera commendata
 fuissent, ac deinde annis aliquot vel e-
 tiā seculis neglecta iacuissent, nova iam
 non diceremus. At nullo unquam tem-
 pore aut valuerunt, aut proposita prius
 fuerunt. Paracelsus certe & inventorem
 & authorem se gloriatur. In Paragr. suo
 sic de se scribit: Vos me sequi oportet:
 non ego vos. Me sequimini o Galene, A-
 vicenna, Rasis, Mesue, Montagnane, Pari-
 sienses, Montispelienenses, Misnenses, Sue-
 vi, Colonienenses, Viennenses, Maria, Insu-
 læ, Italia, Dalmatia, Sarmatia, Athenæ,
 Græcia, Arabes, Israhelitæ. Ego mona-
 cha sum, & ego. Qui vobis placet Caco-
 phrastus? Et mox. Nullus huc usq; Me-
 dicus existit, qui vel minimi morbi cau-

*Paracelsus
 se facit Me-
 dicinæ suæ
 primum in-
 ventorem.*

sam veram posset adferre. Item, corrigiæ calciamenorum meorum plus habent notitiæ artis Medicæ, quam cum Galeno Avicennas. Hęc in eo libro Paracelsus. An non palam hic asseverat, nec Græcos, nec alias gentes ullas, imò nec ipsos Iſrahelitas in arte medica, aliquid cognovisse? F V R. Alibi tamen veteribus aliquid tribuit: quanquā pusillum id sit. Nec omnibus, sed certis quibusdā duntaxat contigisse ait, ut aliquid intellerent. Deinde ante ipsum Chemici pluriim sulfur & Mercuriū Metallorū principia statuerunt. E R. Quod in hac re non idem semper dicit, in eo nihil facit præter & contra ingeniū. Etsi autē nonnunquam videatur pati velle, ut & alij quidā aliquid sciverint, omnibus tamē se plerumq; anteposit: & vera artis principia solū se invenisse pronūciat. Sulfur & Mercurium Chemici Metallorū principia posuerunt: at rerum universalium communia elemēta esse nulli unquam putavere. Communia quatuor elemēta omnib. confessa libenter admiserunt: nec tamē adeo rudes illi fuisse vidētur, ut

Quæ sit inter principia Chemicorum & Paracelsi differentia.

ut inter clemēta rerū naturalium communia, & cuiusq; generis propria, non distinguerent. Equidem Paracelsus lib. de generat. apertè scribit, Mercuriū Trismegistum illum (quo nullus putatur extare scriptor antiquior: & quē Chemicī fabulantur suæ insanix authorē) tria illa principia fortasse cognovissē, at nullo in loco tamen eorum meminisse. Ex quibus manifestè patet, Paracelsum & fuisse principiorū novorū inventorem: & pro eo ab omnibus haberi voluisse.

Addi his illud etiam potest, quòd Chemicī duo tantum, Paracelsus tria statuit elementa. E V R. Nihil iam desidero hac in re amplius: sed clarè video, tantū habere Paracelsicorū assertionem impietatis, quantum antehac credere non potui. Quis enim huic argumento sese opponat? Deus scientia Medicinæ donavit mortales, multis ante natum Paracelsum seculis: imò ab ipso mox diluvio. Ergo nō est nunc primū nata vera medicina: Caterū nullo unq̄ tēpore legimus Paracelsi principia, p̄ principijs vel rerū natur. universorū vel corporū nostrorū

Vera medicina ex S. Scriptura asseritur.

habita: quod ipsemet cōfiteatur, dum palam se primum eorum authorem existisse asserit. Quamobrem Medicinæ à Deo olim datæ principia nō sunt. Quocirca si vera sunt, quæ Paracelsus docuit, falsa ut sint necessum est, quæ Deus instillavit hominum vetustiorum animis: cum manifestè pugnent. Cæterum qui vel cogitare apud se audet, Paracelsum Deo rectius statuisse, non tantum est impius, sed capitali supplicio dignus. Valde profectò miror, si post admonitionem pergere velint eius discipuli veritatem suis mendacijs obruere. Spero illos saltem, qui se in errorem prolapsos intelligunt, in viam redituros: nisi illud eos impediat, quòd Galenus frequenter sectarijs suæ ætatis obstitisse scripsit. ER. Paracelsum talia ausum fuisse, minimè debet mirum tibi videri: cum indissimulanter malus, magus, atheos, porcus fuerit. At nonnullos ex sectatoribus, qui in numero piorum & Evangelicorum censi volunt, meritò demiraberis. Pars maxima eorum Chemiæ adulterinæ, Magiæ, aliarumque artium illicitarum studio

studio ita dediti sunt, ut pietatis, virtutis, & honestatis non magnam habeant rationē: quod vel ex eo perspicias, quod pro nobilibus se venditant, cum nihil sint minus. Quidam ex præcipuis auri-
 fex fuit in illustri urbe: ex qua cum pro-
 pter adulteratum aurum argentumque
 discessisset, repentē factus est Medicus: *Ex aurifice falsario fit Medicus Paracelsi*

quem etiam Principes in oculis ferunt.
 FV R. Hoc ex sermone nostro commo-
 di percepi, quod manifestē iam video,
 Paracelsi dogmata laudantes, ut maxi-
 mē in linguarum cognitione haud infe-
 liciter versati sint, res ipsas nō satis atten-
 tē considerasse, aut certē cōtra conscien-
 tiam scientes & prudentes malē agere,
 sive gloriæ cupiditate inflati, sive haben-
 di libidine incensi, sive deniq; nequitia *Paracelsi vel sunt indocti asini, vel indisciplinanter improbi.*

& crudelitate moti id faciant. Ego om-
 nibus, qui sanabiles sunt, quales aliquot
 esse non dubito, ex toto corde à Deo
 Opt. Max. hoc precor, ut sapere & quam
 felicissimē agere velint ac possint. Tem-
 pus est, ut tandem ad id, cuius causa ad
 te accessi, descendamus. Hoc scire vole-
 bam, utrū Metalla, scil. aurum, argētum, *Principalis huius disputationis questio.*

æs, ferrum, plumbum, hydrargyrum. ac
 Metallica similem naturam habentia,
 arte Chemica sic præparari valeant, ut
 innoxie utiliterque intra corpus suman-
 rur. Etenim Paracelsi & Chemiæ illius
 adulterinæ sectatores ab auro, argento,
 antimonio scil. cordis, & principalium
 membrorū vires prorsus miraculose in-
 staurari, conservari, augeri, atq; adeo ata-
 tis vitio deperditū robur reparari, iuvē-
 tutem revocari, vitam ad aliquod secu-
 la produci scripserunt. Consimiles pote-
 states gemmis quibusdam, ut margari-
 tis, coralijs attribunt, morbos eis alias
 immedicabiles reputatos radicitus tol-
 li asseverantes magis quam probantes.
 E. R. Si propositam quæstionem recte
 tibi explanari cupis, hypothesium loco
 quædam à nobis statui oportet: inter
 quæ primum hoc esto. Quæ in ventricu-
 lum ingesta nos innatis & proprijs viri-
 bus (non qualitate adventitia) immutāt,
 vel puri alimenti, vel sinceri medicami-
 nis rationē obtinent: vel amborum na-
 turam participant. Plurima namque ex-
 stant, quæ non alere tantum, sed etiam
 valide alterare possunt. Horum triplex

*Hypothesis
 prima.*

est ordo seu differentia. Nam aliqua magis nutriunt: alia è contrà magis alterant: quædam inter utraque medium locum occupant. Alimenta porrò vocant Medici, quæcunque assumpta (quæ admo- *Hypoth. secunda.* ventur solum, & in ventriculo & iecino re non permutantur, nutrire nequeunt) sic à congenito calore vincuntur, ut in sanguinem conversa in membrorum deinde substantiam permutari valeant. Hæc autem fierent nunquam, si nulla similitudo substantiarum inter alimentum & corpus alendum interveniret. Qui enim aliter ex illo hoc fieret? Etenim non ex quolibet quodlibet, sed ex determinato determinatū fieri solum potest. Quæ igitur ab ingenito nobis calore superantur quidem, sed hætenus solummodo vincuntur: ut vel in halitū verſa per cutem vacuentur, vel cum excrementis alijs per regiones alias expellantur, vel ratione alia innoxia reddantur, alimēta nullus nominavit: propterea quòd natura semper retinere cupit alimēta, nunquā exturbare studet. *Hypoth. tert.* Medicamentum contra nominant, quicquid

*Hypothesis
quarta.*

proprijs viribus habile est corpus vince-
re: nec alterari ab insito calore nostro
eo modo potest, quo mutari alimenta
diximus. Media inter hæc sunt, quæ &
priusquam in succum utilem permutē-
tur, & postquam permutata fuerint, suis
quibusdam qualitatibus alterare nos
possunt. Galeni testimonia ob id non ci-
to, quia & tibi sunt nota, & apud adver-
sarios parum valent. Aristot. verba ex i.
Probl. 42. duntaxat adscribam: licet de
purgantibus præcipuè ibi agat. τὸ μὲν γὰρ
πεφθέν ὑπὸ τῆς φύσεως, inquit, τὸ πρὸς-
φύεται τοῖς σώμασι, καὶ καλεῖται τροφοή, τὸ δὲ
μὴ πεφυκὸς κρατῆσθαι, εἰσὶν ἢ εἰς τὰς φλέ-
βας, καὶ δι' ὑπερβολὴν τῆς θερμότητος ἢ ψυ-
χρότητος. Τραχίτηον, αὐτὴ δὲ φαρμάκων φύσις
ἐστίν. F V R. Ergone sic arbitraris vel a-
limenta pati, ut nihil agant? vel ita age-
re medicamenta, ut nihil à nobis patiā-
tur? E R. Minimè verò, Certum nam-
que est, calorem nativum pharmaca e-
tiam atterere, dissolvere, extenuare, mu-
tare, pellere, summis viribus conari. Plu-
rima quoque inveniuntur, quæ, nisi per-
pessa prius à nobis fuerint, ne medica-
menta

*Alimenta
patiendi e-
tiam agunt
aliquid.*

menta quidem sunt, id est, agendi vim nullam actu possident. Quid quod alimenta etiam, similia nobis actu nō sunt, sed potentia duntaxat? (Potentiam intelligimus propinquam, quæ ab uno agente ad actum deduci potest.) Nam qualitatibus tum naturalibus & proprijs, tum adventitijs dissimilia sunt, priusquam evicta fuerint. Quod si talia non essent, nulla inter ipsa & nos actio foret: quæ inter contraria solum cernitur: non inter similia. Cuius rei causa in omni actione, quod patitur, etiam agere aliquid asserimus. *Cur, quod patitur, etiam agat.* Quæ tametsi ita habent, nihilominus alimenta pati, medicamenta agere, quæ mediam naturam sortita sunt, tum agere, tum pari rectè asserimus. In causa est, quod ciborum actio brevis, & calori cōcoquenti leviter resistēs, nullam corpori notabilem mutationem adfert: si modò nulla sint accidentaliter imbuti. medicamenta etiam licet à nobis calefiant, solvantur, extenuentur, in vapores vertantur, agere tamen dicuntur, quia in succum familiarem permutari nequeunt: ac in-

*Hypothesis
quinta.*

*Ciborum
differentie*

fitis suis viribus corpus nostrum, quam-
diu ipsum contangunt, vexare non desir-
nunt. FVR. Memor ero huius discrimi-
nis. ER. Novisse insuper oportet, ci-
borum non esse unam eandemque con-
ditionem. Quidam enim sunt adeo sub-
stantia & qualitatibus nobis similes, ut
nulla artis preparatione interveniente
statim comedi & facile cōcoqui possint:
in quo genere sunt fructus, quos crudeos
esitare, sicut de sua planta decerpti sunt,
solemus. Quidam sine artificiali præpa-
ratione confici quidē possunt, at non si-
ne labore & difficultate. Sanè maxima
pars ciborū, quos in usu quotidiano ha-
bemus, egent vel elixatione, vel assatio-
ne, vel maceratione, vel consimili alia
p̄paratione. Quamvis enim, qui validissi-
mū in viscerib. calorem habēt, cruda olē-
ra, crudū triticū, (& alia talia) absq; ante-
gressa coctione tandē vincere possint ta-
men cum id in paucis usuveniat, vix sine
coctione aliqua comedi solent. Habēt e-
nim huiusmodi alimenta in se qualitates,
quas vel ab igne deleri, vel alia industria
edomari oportet: si absque noxia eis
vesci

*Cur cibos a-
li quos co-
gere oportet.*

vesci velimus. Tertium genus eorum
 est, qui etiam à robustissimis sine præ-
 eunte apparatione permutari nequeunt.
 Horum duo rursus videntur statuendi
 ordines. Vnus eorum est, qui accidenta-
 li & artificiali coctione seu apparatu
 contenti sunt. Alter eorum, qui neque
 igne neque alia artis industria mutari
 sic possunt, ut à calore nostro superabi-
 les sint, sed ab animali aut planta con-
 coqui & essentialiter permutari opus
 habent, ut esculenti fiant. Equidem
 boves, oves, porci, gallinæ, anates, ani-
 mantes, quibus vesci solemus, aliæ plu-
 rimæ, cibis quibusdam aluntur, augen-
 tur, faginantur, quibus homo nutriri
 non potuit: cum carnibus earum, quas
 ex talib. rebus natas constat, iucundè u-
 tiliterq; alatur. Quas res (etsi propriè in
 alimentorum censu non comprehen-
 duntur) quia transmutatæ in carnes esui
 aptæ fiunt, inter alimenta hic recensui:
 ut ab illis seiungerem, quæ per talem
 mutationem nos alere non possunt.
 F V R. Huius quoque alimentorum
 differentia meminerò. Et hætenus

*Hypoth.
Jexta.*

quidem nihil audio quod non sit omnibus omnino confessum. E R. Præter iam dicta scire convenit, similitudinem, quæ inter alimenta & corpora nutrienda existit, non in qualitate una vel duabus in temperamento præpollentibus consistere, sed in totius substantiæ convenientia sitam esse. Quippe non solæ qualitates in temperatione reliquas vincentes inter coquendum ad mediocritatem reducuntur, verum totius substantiæ ratione maxima sui parte (quod enim in sanguinem verti aptum non est, tanquam excrementum fermè totum secernitur, & extra corpus ejcitur) in sanguinem, à quo deinde partes alimētum capiunt, permutantur. In hac transmutatione materiæ non est necesse omnes omnino qualitates deleri, aut ad mediocritatem redigi. Etenim suas quædam qualitates tum primas tum secundas, etiam postquam in sanguinem mutata sunt, retinēt. Hinc est, quòd sanguis, pro ciborum, quos edimus, dissimili natura & conditione, in nobis generatur calidior, frigidior, siccior, humidior, crassior, tenu-

*Alimenta
similia sunt
totis substantijs,*

*Alimenta
& Medica
mèta simul
quomodo
sint.*

tenuior &c. Iam enim diximus, cibos nonnullos esse medicatos, qui & vinci & vincere solent. Vincitur substantia piperis exempli gratia, dum in sanguinem vertitur: vincit eiusdem caliditas, dum sanguinem calidiorem efficit. Ob hanc causam variant tantopere animalium carnes in sapore, odore, densitate &c. ut in lib. de Occult. pharmacorum potesta

*Cur animas
lium carnes
differant o-
dore, sapore
consistētia.*

tibus fusè demonstravi. Quamobrem inter alimenta recenseri debent, nō quę similiter nobis calida, frigida &c. sensus iudicia videntur, sed quorum substantia seu materia habilis est, ut sanguis fiat, q̄ nutrimentorum propria est potentia. Nec mirari quisquam debet, quòd materia victa quasdam qualitates invictas permanere dicimus, qui modò cogitat cibos inveniri medicatos: id est, qui alimenta pariter sint ac medicamina.

F V R. At manifestam continet oratio tua contradictionem. Qua enim ratione dicetur tota substantia rei verè transmutata, si propria eius qualitas ponatur cōservata? Quantum enim formę dif-

ferunt, tantum distare necessum est proprias in earum materias cum suis qualitatibus. Et de formarum quidem potestatibus disceptatio nulla est inter doctos: de materiae quoque qualitatibus vix quisquam dubitavit. Nam actus & forma substantialis quaelibet in propria & peculiare materia inest necessario: in alia ne quidem fingi potest: ut cum alibi saepe, tum in 1. de Anima scitè ostēdit Aristot. E R. Qui, quod tota medicamentorum substantia sit apud Galen (quam Diocles quoque ὅλην τὴν φύσιν nuncupavit) rectè intellexit, is simul, quàm nihil officiat nobis obiectio tua perspicit.

Tota substantia quid. Quippe nihil est aliud, quam sua cuiusque rei temperatio in tali materia, ex tot ac talibus partibus conflata, inherens: quam Aristot. compositionem secundam, Medici Avicennam secuti temperiem secundam appellant. Duplex enim est mistio, seu temperatio in plorisque tum pharmacis tum alimentis. Prior est, qua res ex communibus elementis calefcunt. Altera, qua ex proprijs materiae propinquissimæ partibus

inter

Mistio duplex.

Inter se certa proportionē unitis con-
 crescent. Lactis aut multū exemplis res
 facillē declaratur. Lac enim, quoad sub-
 stantiā tale est, non est ex elementis pri-
 mō concretum: neque temperatio e-
 ius in qualitatū primarū antea non
 mistarū confusione consistit. Constat
 lac ex butyro, casco, & sero, tanquam
 proprijs & proximis partibus: quarū
 unaquævis minimē orta est ex elemen-
 torū prima coitione: quemadmodū
 nec temperamenta eorū ex elemen-
 torū puris qualitatibus nata sunt. Ex
 cibis & potibus animalium in sangui-
 nem mutatis, ac variē antea mistis non
 lac solum, sed etiam partes eius prædi-
 ctæ omnes generatæ sunt. Nec est quis-
 quam adeo rudis, quin aliam casci, quā
 vel butyri vel feri. (Hec tria, propria sunt
 elementa lactis) temperationem esse in-
 telligat ac sentiat. Ergo totam lactis sub-
 stantiā vocant Medici, nō simplex illud
 tēperamentū, quod ex elementorū qua-
 litatibus primō mistis nascitur: sed quod
 in materia tali, ex tot talib. partibus in-
 ter se mistis insidet. Hanc, inquam, lactis

*Totam sub-
 stantiā lac-
 tis quid vo-
 cent Medi-
 ci.*

materia unà cum suo temperamento illo nominat Galenus totam substantiā.

*Tota substantia ab-
sintibz quæ.*

Sic per totam absinthij substantiam idē intelligit, non solum primarum qualitarum sensibus perceptam temperationē, sed crassam ex propriarū absinthij partium temperationibus inter se conspirantib. enatam: quæ sine proprio subiecto suo nec intelligi nec definiri potest.

Quid sit tota substantia agere vel pati.

Quar. cum dicimus rem aliquam tota sua substantia aliquid agere vel pati, hoc intelligimus, eam sic agere pative ratione sui temperamenti, quod in sua certa materia ex certis & peculiaribus partib. inter se confusis constante, obtinuit: cuius ratione à cunctis alijs rebus differt.

FVR. Quid verò? an formæ substantialis partes hic sunt nullæ? an eius nulla habet ratio? Ego primas ei partes attribui oportere existimo: nec aliud à te sum edoctus. Certò certius iudicavi, formas substantiales effectrices talium proprietatum causas existere. ER. Optimè ac verissimè dicis. Quod enim res quælibet ex tot ac talibus partib. coagmentata nascitur, ac proinde proprium & de-

Causa totius substantiæ est forma.

& definitum temperamentum sortitur, quare in alia re nulla reperitur, id res alia nulla quàm substantialis forma efficit: sicut in lib. de Occult. pharm. potest. cap. 12. & 25. exemplo rhabarbari declaravi. At nulla ob id necessitas cogit nos de formis hoc loco disceptare. Quoniam alimenta & medicamenta, de quibus in præsentia differimus (cū sunt actu hoc, quod esse dicuntur) forma illa sua vegetante privata sunt. Nam ut maceratione, contusione, elixatione, destillatione, & ut semel dicam, artificiosis apparationibus ponantur formis suis non spoliari, tamen adversus caloris ingeniti vim tutari se non potuerunt. Quæ namque formas suas retineant, quæ in ventriculo extenuantur? dissolvuntur? in chylū permutantur? Quamquam huius mutationis mentio frustra fiat, si cogitaverimus vegetabilia, cum à nobis sumuntur, animas suas pleraque amisisse & cadavera quædam solum existerē. Quare si potentia, quarum causa res quædam habiles factæ sunt, ut nos vel devictæ nu- triant, vel non devictæ alterent, substan-

Pharmacorum potentia non sunt formantes potestates.

tialium formarum partes aut potestates propriæ fuissent, nunquam in plantarum cadaveribus, ut sic nominem, formis remotis perstitissent. Nam quæ in compositis reperiuntur naturales proprietates ac vires, eæ vel propter formam insunt, vel ratione materiæ inherent.

Quæ à formis dependent, cum eisdem accedunt ac recedunt. Quæ autem in materia propter temperamenti proprietatem post abolitam formam remanent, formæ proprietates existimari non debent. Quod enim in compositi cuiuspiam corruptione in parte reliqua superest, non potest formæ, quæ non existit amplius, qualitas cēferi. Quid igitur restat aliud, quā ut materiæ propriū accidens dicatur? FVR. Rursus pugnātia mihi videris dicere. Quomodo enim à forma & propter formam in composito aliquid inest, quod in materia post formæ abolitionē integrum remanet? ER. Cum in re aliqua dicimus certā potestatem seu virtutē inesse propter formam, bifariam id accipi potest. Nam vel idem significat, quod à forma pendere, ut eius sit

Propter formam inesse dupliciter accipitur.

fit substantialis quædā virtus: vel tantumdem notat, ac si formā diceremus illiusmodi potentia productionē generatricemq; causam exsistere. Iuxta primā notationē composito inhærēt propter formam, quæ tantisper adsunt composito, quamdiu formam retinet materia. Sic propter animā dicimus plantas nasci, vegetari, nutriri, augeri: animalia insuper vivere, sentire, se ipsa movere. Quarum actionū quia nulla sic in materia inhæreret, ut post formæ recessum vel momento in ea persistat, formæ veluti partes quasdam esse asserimus: aut eiusdē substantiales vires nominamus. Secundum alteram significationē in subiecto propter formam inesse asserimus, quæcunque in eadē sine forma generari non poterunt: etsi post eorū productionē non sic à formā pendeant, ut absq; eius præsentia remanere nequeant. Has à forma effectas & procreatas constanter affirmamus: substantiales earum partes aut facultates minimè vocamus. Huius ordinis sunt cunctę medicamentorum vires, quoad medicamenta sunt. Quocirca

*Quomodo
propter for-
mam insint
pharmaco-
rū potestates.*

nulla est pugna inter has orationes, Proprietates omnes rerum naturalium à forma subiectis insunt: &, Proprietates eiusmodi quædam post formæ separationem in subiectis superstites remanent. F.V.R. Probè iam intelligo.

Quippe in memoriam revocasti, quæ alibi docuisti. Sanè quasdam proprietates ita videmus pertinaciter inhærere in sua materia, ut in eadem perdurent post plurium formarum in ea ordine sibi succedentium separationem. Etenim

*Materia
Scammonia
vim purganz
tricem per
plurium for
marum suc
cessionem
retinet.*

scammonia, exempli gratia, viva & mortua) & in chylum versa, & in sanguinem permutata, & in uberibus in lac transformatam vim purgandi eandem, licet debilitatam, per tot mutationes, perseveranter retinet. Impossibile autem est, ut talis potentia alicuius ex formis, quæ sibi in materia successerunt, proprietates essentialis fuerit: etsi ab anima Scammonia, ut à causa efficiente & gignente in materiam illam introducta sit. Etenim forma Scammonia in semine insidens talem ex attracto ex terra succo materiam ex tot & talibus partibus suis

con-

constātem, auxilio insiti caloris genuit,
 temperavit, & configuravit. ER. Si er-
 go tota substantia, tota existit materia
 suis quibusdam certis & peculiaribus
 partibus, ac partium harum tempera-
 tionibus inter se mistis constans, eluce-
 re incipit propositæ quæstionis enoda-
 tio. Cum enim dicitur res aliqua tota
 substantia agere quippiam vel pati, non
 sic debet intelligi, quasi omnibus omni-
 nino substantiæ suæ partibus id agat vel
 patiatur. Huic enim sententiæ manife-
 stè contradicit perpetua & quotidiana
 experientia. Quis enim ullum alimentū
 opinetur sic pati à nativo calore, ut om-
 nes eius partes in sanguinem convertā-
 tur? & nulla instar excrementi ab eo se-
 cernatur? aut quis unquam reperit mi-
 stum pharmacum adeo simplex, quod
 non ex diversis coaluerit partibus? In
 Rhabarbaro, exempli gratia, vis purgan-
 di inest à tota eius substantia manans: &
 in eodem partes multæ insunt adstrin-
 gentes: quæ non solum non purgant, sed
 etiam purgantem aliarum vim heberāt.
 FVR. Iam videor mihi intelligere mē-

*Quod tota
 agit substā-
 tia, non om-
 nibus suis
 partibus ag-
 git.*

*Rhabarbar
 rā tota sub-
 stantia pur-
 gans etiam
 adstringit.*

tem Galeni, quando in l. de Aliment. facult. cap. i. afferit ex adstringentibus alia purgare, alia ventrem sistere. Mirabar enim qui possent aliqua totius substantiæ ratione purgatiæ appellari, tametsi nonnullis partibus purgationes impedire valerent. E R. Scitè hanc rem in eo loco declarat Galenus, naturam, sic dicēs quodammodo contrarias iungere partes, quomodo Medicus cum malo Cydonio Scammoneam miscet: vel ptisanā purgante aliquo imbuit. Eodem loco ad propositam quæstionem apertè satis respondet. Nam cibis nonnullis permixtas esse partes ait, quarum vis similis sit virtuti Scammoneæ vel Ellebori. Tales ergo cibi utrunque habent à tota sua substantia, & ut cibi sint, & ut medicamenta sint: id est, ut ratione totius substantiæ in sanguinem vertantur: & partibus quibusdam alijs inuicti permanentes nos purgent. Hoc autem imaginabile non foret, si omnibus suæ substantiæ partibus vincerentur tum vincerent: ut supra de hac re differuimus.

Ergo si ratione totius substantiæ talia
cor-

corpus nostrum alunt & purgant, id est, vincuntur & vincunt, mirari desinemus, cum alimenta quædam, postquam devicta sunt, in nos nihilominus agere vel tota substantia sua, vel notis qualitatibus audimus. Non enim est necesse, ut, quod tota substantia patitur ac vincitur, omnibus suis partibus vincatur. Quoniam ut aliqua res alimentum sit, hoc est, ut tota substantia patiatur, non tantum necessarium non est, sed nec fieri potest, ut omnes materiæ partes in sanguinem vertantur. Lac alimentum esse certum est. At partem serosam & aqueam sanguinem fieri sanus nemo putavit. Taceo quod in omni mutatione substantiali excrementa, gigni oportet; cum ex tota materia, (testibus experientia & Aristotele) res nulla generatur. ἔδ' ἐν γὰρ ἐκ παντὸς γίνεται, καθάπερ ἔδ' ἐν τοῖς ὑπὸ τῆς τέχνης δημιουργουμένοις. ἔδ' ἐν γὰρ αὐτῷ ἔδει ποιεῖν. νῦν δὲ τὸ μὲν ἡ τέχνη τῶν ἀχρήστων ἀφαιρεῖ, τὸ δὲ ἡ φύσις. Totius igitur substantiæ ratione pati dicitur, quod non tantum calefit aut frigesit, & cætera.

*In omni
substantia
li mutatione
ne generantur
necessaria
excrementa.*

sed quod essentiam mutat: hoc est, cuius partes materiales maxima ex parte nomen & substantiam pristinam amittūt, ac novum tum nomen tum substantiam seu formam ac definitionē acquirunt. Panis certē, fructus, & quę eduntur, cum in sanguinem transmutata sunt, non solum nomen, sed cum hoc essentiam & definitionem mutarunt. In hac ciborum in sanguinem transformatione nihil prohibet partes aliquas materię immutabiles unā cum sanguine in corpus penetrare: ratione quarum alimentum aliquod medicamentum quoque sit ac dicatur. Ratio eadem locum habet in pharmacis, quę totius substantię ratione aliquid operari scribuntur. Nihil enim vetat talia ppter qualitates notas pati, tota eo ex substantia immutata persistente. Sufficit enim quod partes, in quibus ea virtus inhæret, essentiā suam adversus nativi caloris efficientiā vel omnino tuentur, vel longo tempore pertinacius conservant. F V R. Etsi puto me rem rectē percepisse, facere tamen non possum, quin rursus interro-
gem,

gem, cur, quæ certis duntaxat substantiæ
 suæ partibus aliquid agunt, tota id dicā-
 tur substantia agere? E R. Ideo sic lo-
 quimur, quia partes illæ tales nunquam
 & nusquam extra illam substantiam na-
 scuntur. Nam Rhabarbari particulæ, in
 quibus, ut in proprio subiecto, inhæret
 virtus illa, qua, iuxta opinionem Medi-
 corum, flavam bilem detrahit ac pur-
 gat, in re alia nulla proveniunt, quàm in
 Rhabarbari substantia: tametsi in eadē
 illa tum adstringentes tum aliæ particu-
 læ cū purgantibus permistæ continean-
 tur. In rosa quam multæ quanquam di-
 screpantes, (sensus etiam testimonio) re-
 periuntur partes? Percipit gustus dulce-
 dinem, acrimoniam, acerbiteratem, clarè
 satis. In eadem & esculenti aliquid est, ac
 purgatoria insuper facultas: quas nobis
 differentias experientia demonstravit.
 Sicut ergo rosa tota substantia purgare
 bilem putatur, licet non omnibus parti-
 bus id præstet, ita & alia pharmaca totis
 substantijs vim agendi aut patiendi cer-
 tam sortita sunt: licet ea non in omnib.
 omnino partibus æqualiter insit. Nam

*Cur, quæ
 certis solum
 partibus ac-
 gunt, tota
 dicuntur ag-
 gere substā-
 tia?*

*Quomodo**Rosæ pur-
gent.*

rosa sic purgat, nō quia calida est aut frigida: sed quia suis quibusdam partibus, quæ extra substantiam rosæ nullo tempore aut loco oriuntur, corpus ita movere potest. Etenim præter formam substantialem Rosæ, nulla res alia succum ex terra attractum sic potuit temperare, mutare, fingere, *αἷμα γὰρ ἐν καταικνύουται καὶ πλεῖν τὸ τῆς φύσεως ἀμεργέν*: ut

scribi. Philosophus. Hæc eadem ratio est, quod alia quæque medicamenta totius substantiæ suæ causa dicuntur agere vel pati: quia videlicet partibus quibusdam agunt vel patiuntur, quæ seorsum non nascuntur: sed in tali solum substantia generantur. F V R. At potentia bilem purgandi in multis alijs invenitur: non in sola rosa deprehenditur: ut tu ais. E R. In plurimis rebus plurimum discrepantibus virtutem de-

*Non omni-
no simili
virtute bilem
purgat, Ros-
sa, Rhabar-
barū, Scam-
monia &c.*

trahendi bilem inesse certum est. At nō eodē modo temperata est, quæ in Rhabarbaro, Scammonia, Rosa &c. cernitur: quod vel ex eo perspicuum sit, quod valde dissimiliter idem corpus ab his pharmacis sigillatim exhibitis movetur.

Quip-

Quippe aliter atque aliter hæc potestas afficitur, pro diversarum partium aliarum permiftione. Separari eiusmodi partes videntur ablutione, coctione, maceratione, destillatione, aut modis alijs talibus: sed nunquam industria vel arte ulla sic fecernuntur, quin totius proprietatem aliqua ex parte reservent: atque eo modo ab alijs purgantib. differant. Ergo si nihil in antedictis desideras, & quæ diximus percepisti, facilius ad principalem quæstionem est iam responsio. FVR. Nihil requiro amplius. Scio enim & rerū naturæ, & doctrine Gale. consentaneas esse explicatas hypotheses. ER. Metalla & Metallis cognata (qualia sunt hydrargyrū, antimonium, chalcanthum, chalcitis, Misij, Sqrij, &c. & his affinia) inter alimenta numerari non debere, nulla ostensione eget: cum experientia omnium seculorum id evidenter demonstrat. Quid enim in magna fame, præsertim verò in urbium longis obsidionib. non tentaverunt homines famelici edere? Qui nescit, tum profanes tum sacras historias cōsulet, illustre exemplū inaudita

*Metalla nō
esse inter al-
imenta col-
locanda, ar-
gumentum
i. ab exper-
ientia.*

crudelitas Gallorum Regis ante paucos
 annos Sanferre exhibuit. Quis porro ho-
 minum unquam tentavit Metallis aut
 Metallicis famem pellere? corporique
 in cibum offerre? Nullus. Quid ergo? an
 satis argumenti hoc non est, alere talia
 non posse? F V R. Satis, & plus quàm
 satis est. Cupio nihilominus audire, an
 rationibus demonstrari queat: ut cau-
 sam huius rei discam. E R. In causa hoc
 est, quod nativus hominis calor illius-
 modi res hactenus superare non potest,
 ut in sanguinem transmutet: quocunq;
 tandem modo & artificio alterata, co-
 cta, apparatus fingantur. Nec obscura est
 causa. Quippe constat inter omnes om-
 nium seculorum eruditos, eisdem nos
 ali, quibus constamus. Quoniam inter
 id quod alit, & quod alitur, similitudinē
 materiæ intercedere oportet. Qua ete-
 nim ratione illud hoc fieret, si non simi-
 lia quodammodo existerent? Si enim
 alior evenire ponas, velis nolis confite-
 ri cogeris, ex quolibet fieri quodlibet na-
 ruraliter posse: quod tam est à vero alie-
 num, quàm esse aliud quidquam potest.

Ar

*Metalla
 nutrire nō
 posse proba-
 tur ex rerū
 mixtione.*

At Metalla certum est ex levi & simpli-
 ce elementorum mistione coagmenta-
 ri. Nec minus certum est, corpora nostra
 ex eisdem elementis inter se mistis non
 proximè coalescere, sed post varias &
 multiplices (imò infinitas propè) mistio-
 nes procreari. Quamobrem necessariū
 prorsus est, ut longè dispar sit Metallorū
 & corporis nostri materia. Quare in cor-
 pora nostra transmutari nullo pacto
 queunt, priusquam toties alterata, mi-
 sta, cocta, mutata fuerint, ut materiem
 nostri corporis materie similem acqui-
 sierint. Quod quia non potest Metallis
 ex terra crutis, & Chemicorum ignibus
 solutis accidere, ipso vero verius est, ali-
 menti proprietatem ab arte eis tribui
 non posse. Sanè paucis admodum inter-
 venientibus tum mistionibus tum co-
 ctionibus generantur ex elementis Me-
 talla. At nostris corporibus nihil est in
 rerum universitate magis compositum.
 Sunt enim finis quidam rerum mistarū:
 hoc est, supremum inter corpora ex ele-
 mentis compacta gradum sortita sunt.
 Equidem ex elementis primum succi

*Differētia
 mistionis
 metallorū
 et hominū.*

*Corpus ho-
 minis est
 velut finū
 mistionum
 omnium.*

simplices oriuntur. Ex his mistis alij fiūt. Hi cum pluvia, nive, rore, stercorebus ac fimo iterum variè multipliciterque misti & cocti, triticum, hordeum, herbas, fructus, &c. diversissimos pariunt: ex his aluntur animalia: quorum deinde nos carnes præter herbas & fructus comme morate) comedimus. FVR. Argumēti summa est talis. Corpora nostra ex maximè mistis nata concretaq; sunt. Quare sæpè multoties mistis tātum alimur. Metalla ex paucissimis conflata mistionibus constant, ac ferè ex elementis statim conflata sunt. Quare nutrire nequeunt. Certum perfectō est, elementa per varias & propè infinitas mistiones infinitè ferè alterari, subigi, coqui, mutari, priusquā animalium apta materia fiāt. Nec minus est apertū, paucas præcessisse mistiones Metallorū concretionem: & proinde leviter alterata, subacta, cocta, mutata in eis existere. Quid ergo mirū, si inepta sint, ut corporis nostri materia fiant? ER. Qui, quam duræ sint Metalla, quamq; nulla possint elixatione aut coctione instar alimētorum emolliri & liqua-

Argumenti
proximi
summa.

Secundū ar
gumentum
a duritie su
mitur.

liquari, is rursus videt, esculenta fieri nō
 posse. Profectò quæ nobis alimēto sunt
 futura, in liquorem fundi & in sanguinē,
 qui liquidus est, verti oportet. Hoc qui
 Metallis cōtingere posse arbitratur, sen-
 su communi videtur carere. Ligna arbo-
 rum, quarum fructus nobis gratissimi
 existunt, & quarum temperatio non tā
 diversa est à corporis nostri tēperamen-
 to ac Metallorum, propter unam duri-
 tiem siccitatemque alere nos nequeūt.
 Quomodo igitur in Metallis cibū quæ-
 fieris? quæ non tantum sunt lignis du-
 riora & sicciora, verum etiam tempera-
 menta obtinere infinito intervallo à
 corporis nostri tēperie distantia? Cæte-
 rum siccitatis nimix ac duritiæ ratio-
 ne inepta fieri talia, ut à nobis ciborum
 instar cōcoquantur, id demōstrat, quod
 teneriora arborum germina & comedi-
 mus & concoquimus. Sic & ossa, ligamē-
 ta, & duriores cartilagine animalium, quo-
 rū carnes quotidie usurpamus, cōcoque-
 re nullo modo possumus, postquam ex-
 siccata sunt atate, licet aliqua ex his an-
 tea edere poterimus. F V R. Quæ
 huius rei causa est? Etenim ossa

*Duriora nō
 venire in ci-
 bos proba-
 tur.*

multorum animalium, quibus vesci homo non potest, canes, lupos, aliasq; nonnullas bestias utiliter devorare videmus. ER. Duritia à nimia siccitate pro-

Quenam dura sint esculenta. F V R. Attamen durissimos & siccissimos cibos alios & comedimus & conficimus in ventriculo. ER. Verū est, si in humore iterum liquefcere possint. Quæ autem sic sunt exsiccata, ut ab humore rursus emolliri & humectari nequeant, esui apta amplius non sunt.

F V R. Cur liquidioribus cibis eget homo quàm bruta quædam? E R. Primaria causa est, quòd homo partes habet quam bruta illa molliores ac humidiores. Tales eas porrò esse oportuit, ut apta animæ instrumēta forent. Etenim formam, quæ pluribus est ornata facultatibus & officijs, in officina omni apparatu instrumētorum instructiore inhabitare conveniebat: ne quid ei ad sui

Inter formas materiatas anima nostra perfectissima est. muneris functiones deesset. At inter materiatas animæ nostræ perfectissimæ formas anima nostra Principatū tenet: hoc est, plures & pfectiores potentias nacta est, quàm ulla alia. Quare corpore quoque opus habuit ex pluribus

bus & perfectioribus instrumentis concinnato. Materiam eaim semper dignitati suæ formæ necessario respondere oportet. FVR. Non satis intelligo: Etenim bruta quædam instrumentorum numero nequaquā vincimus. ER. Nō simpliciter dixi pluribus indignuisse animas nostras, sed addidi perfectioribus ac magis accommodatis. Quippe apta membrorum figuratiōe & simularium partium absolutiore magisque ad mediocritatē accedente temperatione longē bruta omnia superamus. Non poterat anima in sicciore cerebro ratiocinationem exercere, & *ἀκριβέστερον* sensuum omniū (nihil enim vetat bruta quibusdam sensibus antecellere) ad rerum omnium comprehensionem seu intelligentiam summē necessariam, conservare. Hac de causa non tantum fortiti sumus cerebrum humidius nōnullis brutis, verū etiam grandius omnibus. Cerebro autem partes reliquas proportionē respondere decuit. FVR. Argumēti summa hæc est, Similia similibus aluntur. At corpus hominis humidius est li-

*Cur cerebrū
homini datur
tū amplius
et mollius?*

gnis, ossibus ac similibus alijs: quæ sic
sunt exsiccata, ut ab humore mollescere
amplius in ventriculo nesciant. Talibus
igitur ali nequit. Et cum his duriora e-
tiam multo sint metalla, cibus fieri non
possunt. Firma est conclusio, fateor, si de
metallis disputetur, quoad naturalem
suam duritiam servant. At Paracelsici
tunc alimenta effici opinantur, cum in
liquorem vel in oleum redacta sunt:
hoc est, cum ex duris mollia sunt reddi-

Paracelsici ta. E. R. Non arbitror hactenus insa-
non dicunt nire Paracelsicos, ut metallorum (auro
omnia me- & argento exceptis) substantias in li-
talla nutri- quorem, aquam, vel oleum versas ali-
re. cui pro alimento exhibeant. Adde quod
eiusmodi liquores non sunt ipsamet
metalla: sed aliquid ex ipsis vi ignium
elicitum. Quamobrem non recipiunt
eiusmodi liquores pristinam metalli
formam: sicut aurum poculentum rur-
sus redit ad priorem consistentiam.

Obiectio. Quod si & alia contendas isto modo
solvi, ut naturales suas extra duritiem

Responsio. sensibilem conservant, dico ea nec hoc
nec alio modo alimenta fieri. Etenim
tem-

DE AVRO POCVLEN. 51

temperatio eorum sic differt à temperamento nostro, ut infinita propè sit distantia. Deinde cum reverti ad priorem formam facillè possint, reperietur aliquando ferrum aut aliud metallum in nobis pro sanguine. Quæ denique foret stultitia ex metallis tantis laboribus & sumptibus tantillum parare olei vel liquoris pro nutritione, cum longè citius, tutius, facilius, suavius, rectius, minore multò tum labore tum sumptu id præstet gratus aliquis & conveniens cibus? Quod si omnino in sanguinem transmutari, eo quæ nos ali velint, ferrei aliquando, argentei (utinam non plumbei potius aut terrei efficiamur) & aurei redderemur: & id nobis accidet, quod Midæ stultissimo contigisse fabulæ narrant. F V R. Quî hoc dicis? E R. Compertum est idiotis omnibus animalium carnes mirabiliter mutare calorem, odorem, saporem, consistentiam, gratiam, bonitatem pro alimentorum, quibus vescuntur, naturæ varietate. Nam calidiores, frigidiores: duriores, molliores: densiores, laxiores: sua-

Homines ferrei, argentei, aurei &c.

fieri possunt iuxta Paracelsum. argumentum est tertium.

Nutrientia communis cant suas qualitates nutritis.

viores, insuaviores; salubriores, insalubriores: magis minusve coctibiles, & ad nutriendum habiles: pro passionis diversitate effici, ita notum est inque medio positum, ut neminem id lateat. Hinc est, quod gulę mancipia multiplices modos saginandi animalia excogitarunt, quibus suaviores & utiliores carnes eorum redderent. Hinc & illa ratio exorta est, sues caricis seu ficibus alendi: quorum hepar, quia ficium saporem representare animadverterunt, συκωτὸν vocarunt: testibus Gal. 3. de Alim. fac. cap. 12 de cib. boni & mali succi cap. 4. de Rat. vict. in morbis acutis 3. sect. 11. & Plin. lib. 8. cap. 51. item lib. 16. cap. 6. alijsque locis plurimis. Quid verò hic opus est antiquorum scriptorum testimonijs, ubi sensus nostri nos erudire possunt? atque omnes homines consentientes habemus? Si quis experiri velit, alijs, aut cęparum semine, aut reliquijs nucum regiarum, ex quibus oleum pro more expressum fuit, aviculas, anates, anseres, gallinas, (quam facilimum factu est) alac edat: quo veritatem huius rei certius propiusque cognos-

Modi saginandi animalia plures.

cognoscat. In lacte certè tam est evidens hæc varietas, ut ne pastores quidem ulli nesciant. Quippe sensu plerunque sapor & odor pabuli, ex quo transmutato generatum fuit, percipitur: vires aliæ atq; aliæ usu atque experientia cognoscuntur. Et ut aliquando gustum hæc differentia fugiat, in casco tamen ex eodem concinnatoprehendetur. Non enim ex eiusdem animalis lacte casco bonitate ac dignitate pares confecerunt, quoties pastum mutaveris. Purgatorium eodē modo reddi, si capra vel mulier purgantes plantas comederit, etiam ex Hippocrate Galenus monuit: sicut in lib. de Occultis pharmac. potentijs ostēdimus. Ergo si nutriti possumus metallicis, qualitates & consistentiam eorum tandem nancisci poterit caro nostra. Quod quā sit à veritate alienum ac remotū nemo non intelligit. Equidem corporis humani ea est temperatio, ut perfectior & ex pluribus missionibus conflata nulla reperiatur alia, metallis & metallicis, (quæ novimus elemētis maxima vicina esse) tanto est sublimior & perfectior, ut inter

Varietas lactis pro passionis diversitate.

Nulla in mundo reperitur temperatio, perfectior buemina.

hæc & illa nullus in hac re excogitabilis sit consensus. Quo fit etiam, ut in corporis nostri substantiam transmutari non valeant. FVR. Hoc puto, te vel-
le, Quæ nutriunt, rei nutritæ suas com-
municant qualitates, odorem, saporem:
acrimoniam, consistentiam, duritiẽ, &c.
At nostri corporis partes nec recipere
unquam nec recipere aptæ sunt me-
tallorum & metallicorum qualitates.

*Quæ alun-
tur qualita-
tes alimen-
torum par-
ticipant.*

Quocirca ne nutriri quidẽ talibus pos-
sunt. Est sanẽ, ut dicis, hæc res notissima.
Nam plantæ quoq; pro diversitate suc-
ci, ex quo aluntur, sapidæ vel insipidæ ge-
nerantur, amaræ, salæ, suaveolentes, fæ-
tentes. Quis hoc discrimen in vinis, po-
mis, pyris, fructibus alijs nõ observavit?

*Vtrum Me-
tallis ali-
possumus.*

Metallis igitur ali nos nullo pacto pos-
se nihil dubito: tametsi metallica quæ-
dam ita nobis amica sunt, ut sine eis fe-
rè nutriri non possimus. ER. Inter me-
tallica omnia fermè familiarissimi no-
bis sunt sales: quos tamen nos nutrire,
nullus sanæ mentis, opinor, affirmabit.

*Sales nõ nu-
triant, sed
alimenta
condiunt.*

Quippe medicamenta duntaxat sunt
ac condimenta, non alimenta: ut quos
coctio-

coctione in sanguinem non transire certo sit certius, multò igitur minus alia, quæ minorem habent nobiscum convenientiam, inter alimenta censeri debent: argumento nobis esto, quòd sinceri sales, quocunque modo præparatos imagineris, à natura vel per urinas, vel sudores, vel alvum exturbantur.

Equidem copiosius deglutiti vehementer, laboriosè, & non sine periculo purgant, quod alimentis minimè convenit. *Sales cum labore purgant.*

F V R. Condimentum esse sallem non alimentum, non opus habet probatione: ut arbitror. Quis enim in fame, cum etià excrementa cōquiruntur ad cibum, sale unquam se nutritum sensit, aut putavit? Nullus ita fuit amens.

Tanto probabilius dicitur reliqua nos alere non posse. Si enim, quod amicissimum nobis est, quoque carere agrè admodum possumus, non est idoneum,

quod in sanguinem cōvertatur, qui possint minus familiaria esculenta fieri. *Inter alimēta & alita magnam oportet esse affinitatē,*

E R. Vide verò, quam exacta requiratur similitudo materiæ & temperamenti, inter alimenta & corpora nota. *argumentum quare.*

stra. Bilis tum nigra tum flava sanguini
admodum affines sunt humores. Neu-
ter tamen aptus est nutrire. Fax equidē
illa sanguinis, quam ex hepate ad se at-
trahit lien, præter unum splenem nulli
parti alimentum fieri potest. Quinimò
si per venas in corpus deferatur, tumo-
res scirrhusos, cancrofos, & elephantia-
sim generat. Par ratio est flavæ bilis: nisi
enim ea à sanguine secernatur, difficulte
morum morborum sit causa: licet nihil
aliud sit, quàm pars pinguior & calidior
sanguinis paulò amplius excocta. Quod
si tam brevis alteratio materiam corpo-
ri nostro similimam, quæque potentia
id est, quod corpus actu est, ineptam ef-
ficat, quæ, quæso te, imaginari poterimus,
metalla arte in alimenta permutari, cū
familiaritas inter ipsa & corpora nostra
nulla sit prorsus? Quocirca frustra som-
niant Paracelsici, ea coctione sua fami-
liaria fieri: aut succos ex ipsis extractos
ignium vi in sanguinem transmutari.
Sunt enim tales omnes multò tum sic-
ciore tum calidiore temperamēto præ-
diti, quàm bilis alterutra. Naturā certē
reti-

retinent corporum, quorum vel ipsi, vel eorum materia pars fuit. Quo fit, ut tantum inter se differant eiusmodi succi, olea, aque, liquores, &c. quantum ipsa corpora, ex quibus parati sunt, discrepant.

F V R. Paracelsus probat similia nobis esse metalla, quia ex simili sulfure, hydrargyro, sale, conflata sint utraque: & ob eam causam plus alijs commodare

*Ratio, qua
Paracelsus
Mella no-
bis similia
probat.*

opinatur. Simile, inquit, simili prudenter iunctum iuvat. E R. Rudis & planè asinina ratio. Si enim tria hæc sunt rerum

*Refellitur
ea ratio.*

omnium materia & principia, non magis metalla quàm plantæ similia dicenda sunt. Quis nos ferat, sic argutantes? ignis, aqua, terra, aër, in metallis & corporibus humanis eadem sunt: Ergo tanta est cognatio inter ipsa, ut ex illis hæc nuntiantur? Proportionis mutatio naturam mutat, ut in exemplo bilis paulò ante proposito, acetî etiam & aliarum rerum alterationibus clarè licet videre. Etenim alia est iam nominatorum corporum in sanguine, quàm in bile, alia quoque in vino quàm in aceto proportio: unde fit, ut & naturas & facultates

*Mutatio
proportio-
nis compo-
nentium, mu-
tat naturã
compositarum.*

alias adepta sint. Nisi hoc esset, omnia
 necessariò unum idemque essent: solis
 accidentibus quibuldam res à rebus dif-
 ferrent. FVR. Non dicunt eadem dun-
 taxat esse in utrisque elemēta: sed etiam
 similia. Plurimum profectò differūt hæ
 duæ orationes. Sunt enim eadē elemen-
 ta in rebus omnibus: sed non eadem in
 omnibus insunt mēsuræ & modis: quod
 ipsi etiam consentiunt. ER. Ostendi ex
 eo nihil probari, quia eadem in utrisq;
 reperiantur elementa. Tu non eadem
 solummodo, sed & similiter inesse dicis:
 Velim ergo ex te intelligere, quo iudi-
 cio hac similitudo coagnoscatur? FVR.
 Nescio. ER. Inter alimentū & corpus
 quod alitur, nulla est similitudo alia, quā
 quod alimentū potentia, id est, quod cor-
 pus actu est. Etenim familiare gratū, cō-
 veniens, amicū, simile, &c. inter alimēta
 id dicitur, quod substantia & qualitate
 nobis quā similitudinē est: ac facillè fieri idē
 hoc potest, quod nos sumus. Quod insu-
 perabile est, id actu & potentia dissimile
 est: atque humani corporis alimentū ne
 quidē fingi potest. Est porro res una po-
 tentia

*Qualem es-
 se oporteat
 similitudi-
 nem inter
 nutriendū et
 nutritum.*

tentia nobis p̄p̄inquir alia, (sicut in hy
pothesib. fuit declaratū) sed nos de ea iā
potētia agimus, q̄ ab uno specie motore
possit in actū perducī. Nec obstat, quod
elixatione, aut maceratione quædam e-
gent. Nam in talibus alterationibus nō
mutatur substantia. Loquimur ergo de
similitudine, propter quā nulla muta-
tione substantiali alia interveniente, ab
insito nostri corporis calore solo in
chylum, sanguinem, carnes &c. mutari
comeſta res potest. Quæ sic mutatur, si-
milis: quæ non mutari dissimilis cenſe-
ri debet. Similima igitur corpori nostro
sunt, quæ faciliſimè, celerrimè, & in opti-
mum sanguinem mutantur. Dissimilia
& prorsus contraria nobis sunt, quæ vel
nullo modo, vel non sine magna diffi-
cultate coquuntur: aut in sanguinem
pravum ac vitiosum convertuntur. Me-
dium locum tenet, quæ medio modo
seſe habent. Ergo si Metalla in chylum
& sanguinem verti nequeunt, figmen-
tum putidū est, quicquid de similitudi-
ne illa elementorum inter metalla &
humana corpora garriūt homines vani

*Similima
& dissimili-
ma nobis
quæ sint.*

& imperiti. FVR. Etsi probatum satis est, metalla in alimentorum censu haberi non debere, tamen audiam libenter, si

*Argumen-
tum quin-
tum probās*

Metalla nō

alere: à vi-

ta: alimēto-

rū sumitur.

aliquid addere voles. ER. Addam unicum adhuc argumentum: & deinde sacrarum literarū consensu adducto concludam. Dico igitur alimenta omnia (de alentibus corpus nostrum dumtaxat loquor) aut vixerunt, aut viventium par-

tes aliqua (inter quas etiam excrementa quædā numero) fuerunt. Quod enim vita simpliciter destitutum est ac fuit, inter alimenta nunquam habitum fuit.

Ratio est perspicua: Nam calorē alimentorum rei nutritæ συγγενῆ esse oportet:

qualis in rebus inanimis nec quæri debet, nec inveniri potest. Rectè ob id Ga-

lenus etiam omnem alimentorum materiam duobus generibus comprehen-

sam asserit, quorum alterum à plantis, alterum ab animalibus petatur: Tertio

ait contineri mel, quod ab utroq; secer-

notur. FVR. Antevertisti meas cogitationes. Etenim nec manna nec mel alere posse negabis: licet neutrum vixe-

rit, aut viventis rei pars aliqua censeri possit

possit. ER. Deus in deserto Israhelitas manna cibavit miraculosè: & ob id historia eius huc non pertinet. Manifestū ex eo est, quod dico, quòd saporem, qualem quisque optasset, nansciscabatur.

Sap. cap. 6. At mel succus est ex rore & herbarum succis enatus, atque ab apiculis elaboratus: ut ex Galeno iam audisti. *Materia mellis quæ sit.*

Quomodo enim ab utrisque animalib. & plantis sumeretur, si neutrius aliquid esset? Sed & apes mella colligentes considerato ex profundo flosculorum etiā deorsum penditiūm succum exsugere, quo roris materia pervenire nō potuit, quem si solum expeterent, non in cavitate quærerent, sed uberiores de superficie potius lamberent. Si gustare voles, in profunda cavitate florum, ex quibus exsugunt materiā mellis, manifestè dulcis succi quippiam continetur, priusquā irreperint & exsuxerint. Adde quòd nō manè tantum, dum rore adhuc madent plantæ, sed postquam à sole exsiccatus est, mellificiorum materiā comportant, toto scilicet die. Ne ex folijs aut partib. plantarū alijs colligunt, quàm floribus

cavis: quod minimè fieret, si rorem dun-
taxat appeterent, qui copiosior super fo-
lijs hæret. His accedit, quod mella quæ-
dam venenata fuisse scribitur, & quod
aliàs semper referre solent naturam, o-
dorem, & saporem plantarum, (si de
uno aliquo genere præcipuè collecta
sint) de quibus colliguntur. Fieri hoc
non posset, si de substantia plantarum
nihil continerent. Est ergo materia
mellis non solus ros, sed mistum quod
ex eo & florum succo: quorum ratio-
ne mella plurimum bonitate & viribus
differunt. Hac de causa videtur Gale-
num dixisse, non assiduè nec copiosè, ut
ros, eam provenire: quod falsum om-
nino foret, si nihil aliud quàm res esset.
Taceo, quod roris aërei instar, què nunc
mannam vocamus, corpus purgaret po-
tius, quàm nutriret. Alimentum porro
corpori medicum exhibet: ac in biliosis
promptè in bilem vertitur. Cæterum
metalla & metallica neque vivere neq;
vixisse confessum est. quare sequitur, a-
lere ea non posse. Idem hoc nō usus tan-
tū probavit, sed & ratio docuit. Etenim
exter-

externa fame coacti talia vel nunquam
 ingesserunt, vel nullū ex eis fructū per-
 ceperunt. Ratio supra iam fuit exposita:
 quod videlicet nimis sunt elemētis pro-
 pinqua & ab ea mīstione, quę animatis
 reb. cōvenit lōgissimē absunt. Sanē veri-
 simile est, ne dicā necessarium, materiā
 viventū corporis nostri materiā magis
 similem esse, quā vita carētium. Si enim
 materiā temperatione atq; instrumen-
 torū varietate formæ munerib. respon-
 dere oportet: ac formæ vitales plures &
 nobiliores simul habent facultates, quā
 formæ rudiores, necessariū omninō est,
 illarū subiecta temperatiora & formarū
 officijs accōmodatiora exsistere, quā ha-
 rū. Tātū ergo inter se habēt materię vel
 subiecta formarū similitudinis, quātū i-
 psę formę. At vitalis forma cū vitale co-
 gnationē habet maiore, quā cū nō vita-
 le. FVR. Intelligo argumētū. Scio & Para-
 celsus lib. de phar. dicere, omnes cibos,
 quos ingerimus, vivere. Aliās enim forte
 re, inquit, oporteret. Sed nō moror insul-
 sas eius nugas. Hic verō duo mihi occur-
 runt scrupuli, unus est, quod metalla vita

*Metalla vi-
vunt iuxta
Paracelsū.*

non spoliant Paracelsici. Magister eorū
lib. de Medic. cœlesti, hæc habet, Nullus
docere potest metalla vita destitui: cum
oleum ipsorum, sulfur, quinta essentia
scil. summa sint ad instaurandum vires
remedia præ cunctis alijs rebus. Nisi e-
nim vita prædita essent, qui morbos pel-
lerent? Non adduco hæc, ut insulsissimā
& mendacissimam rationem eius pro-
bem, sed ut ostendam eum metallis vi-
tam adscripsisse. Alter est, quod ex plan-
tis & animalibus nonnulla perniciosā
sunt hominibus. Quare magis aliena
est horum materia, quàm metallorum
& lapidum. Quanquam de metallorum
vita parum sollicitus sum: postquam ex
disputationibus Antiparacelsicis didici,
quid de ea sentiendum sit. E. R. Si vi-
vere quis contendat metalla, prorsus ne-
cessarium est, ut vitæ gradum eis tribuat
inferiorem vita plantarum. Qua posita,
nihilominus valet argumentū, ac si ta-
lia non vivere affirmemus. Præstat autē
cum omnium seculorum eruditis dice-
re, infra plantas mista nulla vivere: quā
novum vitæ gradum & vetustati & sa-
cris

*Metalla nō
vivunt.*

Cris etiam literis ignotum fingere. Ratio, quia Paracelsus probat vivere, nil est aliud, quàm principij petitio. Neque enim confessum nobis est, ut mox intelleges, vires ab eis instaurari, foveri, & augeri. Deinde si ita esse liqueret, nondū tamē probatū esset, ideo morbos profligare, quia vivant aut vixerint. An enim ignis vivit, quia morbos multos excindit? Ratio par est aliorum pharmacorū, quę ut pharmaca juvant, non verò, quatenus elementa sunt, conducunt. Plantas quasdam & animalia quędam noxiā nobis continere materiam, nō inficior. *Non omnia viventia nobis alimur.* At hoc quid ad rem attinet? Non enim dicimus omnia viventia nobis alimenta præbere, sed ex solis viventibus cibū nos capere: quæ duæ orationes infinitè differunt. Ex viventibus ergo plurima nobis alimentum præstant: ex vita carentibus nullum. Quòd si inter illa quædā nobis sunt perniciofa, multa tamē sunt utilia. Sed in vita carentibus nihil est utile, quod alimenti rationem attinet: pleraque non solum inutilia, sed insuper etiam pestifera existunt. Imò quia inter

viventia ppter tēperationes discrepantes manifesta cernitur inimicitia, minus similia cēseri debēt, q̄ nullomodo vivūt, aut vixerunt. FVR. Putabā te vivētia omnia esculēta affirmare: at nūc intelligo te hoc dūtaxat velle, nihil alere posse, quod omnino vita careat, & viventis rei pars nulla sit aut fuerit. Nō multū certē repugno. Etenim ex reb. aliquo modo viventib. platis nimirum & animalib. alimēta nostra, quantū quidē nunc cogitare possum, desumimus. Attamē, aquam, qua in

*Vtrum aer
inspiratus
et aqua hau-
sta nutriāt?*

potu utimur, & aērē, quo ad vitę cōservationē spiritusq; vitalis instaurationē cagemus, vivere nunquā, puto, dixeris. ER. Aquā & aērē animata nō esse certū est. At corpus hęc non alere humanū eque certū est. Quomodo enim toties & tam variē mistū nutriant res adeo simplices? Alium hęc hausta usum nobis prēbent: quod ante nos Aristt. monuit. FVR. V. sus certē & experiētia demonstrat in fame frustra tum aquā bibi, tum aērē per respirationē attrahi. Quare nil amplius hic requiro, sed ut in proposito pergas permitto. ER. Non usus solum ostendit verum esse, quod huc usq; rationib. quo

*Sacra lite-
re docent
metalla nō
alere.*

que

que probavimus, metalla & eorū partes
 alimenta non esse, verū etiam sacrę lite-
 ræ idem nobis tacitè quidē, sed apertè sa-
 tis declarant. Quid enim aliud voluerūt
 verba Dei apud Mosē Gen. 1. & 9. cap.
 quando olerib. seu herbis hominem, se-
 minib. item, fructibus plantarū, & anima-
 libus vesci iussit, nulla rerum aliam mē-
 tione facta? Patet igitur, etiā Deo adsti-
 pulante, metalla, lapides, terras, & ex his
 cruta metallica, adeoq; vitæ expertia o-
 mnia, nequaquā alimēta nobis esse: id est,
 in sanguinē, atq; corporis nostri substan-
 tiā nullo modò cōverti posse. Cōsentiē-
 tem habemus Arist. 1. probl. 42 ubi metal-
 la nec cōcoqui, nec dissolvi à calore no-
 stro scribit his verbis. χαλκός ἢ καὶ ἄργυρος
 καὶ τὰ ῥαιῶνται, ἀπείηλα μὲν εἰναι ὑπὸ τῆς τῶν ζώων
 θερμότητος, ἀλλ' οὐκ ἐκ Διὰ χύστα τῆς κριλίας.
 FVR. Nō gravatè feres, si eadē crebrius
 repeto. Nā rectius ego intelligo, dum tu
 planius & plenius exponis. Paracelsici
 nō inviti cōcedent omnia, dū de rudib.
 metallis, ut ex terra effodiūtur, accipiun-
 tur. At cū industria & arte Chemicorū
 elaborata sunt, esculēta facta opinātur.

*Aristot: me-
 talla nō a
 lere negat.*

Metalla nō
possunt arte
esculenta
fieri.

tametsi satis confutatum hoc sit in superioribus. Si possent metalla humana industria eò per perducì, ut esculenta fierent, possent etiam sic misceri & temperari, quomodo res animatæ miscentur & temperantur. Sanè misionis, quæ in animatis reperitur, sola anima causa est effectrix. Forma etenim subiectam sibi materiam simul temperat ac fingit, (ἀμα γὺν καὶ αἰνιγνύται, καὶ ποιεῖ τὸ τῆς φύσεως, inquit, Aristot. lib. περὶ πνεύματος: quæ verba supra etiam citavimus) ac materiam aptam vel ex terra attrahit, vel aliunde comparat. Quis verò tam est intelligēs, ut quæ, qualis & quanta materia metallis desit, norit, si cum vivētium materia comparetur? Quis etiam intelligat, unde ea sit petenda? Quis denique calorē miscentem temperare sic didicit, ut naturæ, cuius generationem molitur, congruat? Magna mehercule insania est, putare, artem naturæ vim assequi, & similiter miscere ac temperare posse. Si ars veram misionem procuraret, etiam formas induceret. Impossibile namque est, ut corpora aliqua per veram misionē verè

Ars nun-
quam asse-
quitur na-
turam.

verè uniantur,quin simul temperationi
conveniēns forma rei sic mistæ detur.

Quodd si solus Dei munus est, formas
substantialē rebu quibūvis mistis do-
nare (species creationis est: has materiæ
formas largiri) veram mīstionem solus
Deus efficit, aut non semper consequi-
tur certam mīstionem certa forma ei do-

ποιός. Verum sic unicuique temperatio-
ni sua quædam forma substantialis (de
artificialibus & accidentalibus non la-
boramus in præsentia,) perpetuò cohæ-
ret, ut altera posita vel ablata, alteram
quoque poni vel auferri sit necessariū.
Nulla enim creata virtus facere potest,
ut certo modo mista & temperata ma-
teria careat forma substantiali, mīstioni
illi congruente: nec materialis forma a-
liqua vel fingi potest alibi, quàm in pro-
pria sua materia, subsistere. Hoc omnes
noverunt eruditi: soli Paracelsici viden-
tur nescire. Galenus certè, quem ex alto
illi tā superbè & impudēter despiciunt,
exemplo aquæ & terræ idem nos clarè
docuit, ad finem lib. de Temperam. his
verbis. Τὸ μὲν ἐν ὕλῃ δι' ὅλων κεράσται, ἀδύ-
leno.

*Sua cuique
temperatiōi
forma, &c.
contrà, co-
hæret.*

*Veram mīstio
Dei & na-
turæ opus
est, teste Ga-*

νατον αὐθρόπῳ. γῆ γὰρ ὑπερῷ φυραθεῖσαι, μί-
 κται μὲν ὡς αὐτῷ δόξει: καὶ αὐτῷ κέκρα-
 σαι πᾶσι παντὶ, παρὰ θεοῖς μὲν ἐστὶ τὸ ποιῆτον
 κατὰ σμικρὰ, καὶ ἐδὶ ὅλων κρᾶσις. ἀλλὰ τὸ
 ἐδὶ ὅλων ἄμφω κέκρασαι, θεοῦ καὶ φύσεως ἐρ-
 γον. Tota per tota miscere, quæ vera de-
 mū mistio est, homini possibile esse ne-
 gat Galenus: & Dei & naturæ munus es-
 se ait. Possumus quidem nos confunde-
 re aliqua, ut per tota videatur facta mi-
 stio: sed appositio duntaxat est, non vera
 mistio. Quare si ars verè miscere non
 potest, naturæ vim non assequitur: nec
 substantiales formas donat. Qua ergo
 ratione sic temperabunt metalla Para-
 celsici, ut animati corporis apta fiât ma-
 teria? Novā substantialē formā inducat
 oportet, qui hoc perficere tētat. Sed nec
 quid adijcere vel demere conveniat co-
 gnoverunt: nec, si cognovissent, unde pe-
 tere possint, intellexerunt: nec, si hoc e-
 tiam perspexissent, quo calore, qua men-
 sura & modo, quo in loco, quamdiu, mi-
 sceri & concoqui expediat, compererūt.
 Nondum enim suam eis Deus potentiā
 tradidit exercendā. FVR. Vel hoc uno
 argu-

Chemicorū
 injulsa opi-
 nio confuta
 tur.

argumento refellitur, nisi fallor, insulsus, ne impius dicam, Chemicorū conatus: quo metalla ignobilia in aurū argentumvè permutare tentant. ER. Sic est, sed iam aliud agimus. Metalla esculenta effici ab arte non posse ostensum est.

Quòd si daremus illis, artis tantā esse excellentiā, nihilominus cōfiteri nobiscū cogerentur, omnē cum laborē stultum & inutilē, imò noxiū futurū. Primū quia ^{inutilis esset labor Chemicorū, si maximè possent ex metallis eis} ingenti labore, summa industria, longo tēpore, maximis sumptib. opus esset ad eorum præparationē: deinde, quia ab igne conceptum ^{ἐμπύρεσμα} & mordacē ^{metallis eis} acrimoniā haud facillē rursus amitterēt. ^{hos facere.}

Tertiò, quia necessatiò aliquid metallicæ naturæ retinerent: cuius ratione difficilius multo, quàm cibi reliqui nobis usitati alterarentur, coquerentur, & assimilarētur: demum, quia ex maxima metallorum parte, vix pusillum extrahi posset alimenti: quod ipsum quoque plurimum excrementi alieni in se contineret. Rectius igitur tūc etiam faceret, qui ^{Obiectio Paracelsi} consuetis uteretur F V R. Pulchrè ista dicis, ac verè: sed ^{eorum.} egregio cōmento eludūt

Paracelsici. Plus, inquit, virium est in gutta aliqua olei vel aquæ, &c. metallicæ, quàm in magna copia aliorum ciborum. Non enim facilè dissolvuntur metallorum vires propter eorum duritiè: sed tanto constantius acceptas facultates retinēt, quanto sunt minus cibis cōsuetis mollia. ER. Satis memini quomodo propositum arguentur. Corruptibile præservatur, aiunt, à minus corruptibili. Aurum corpore humano minus corruptioni obnoxium est. Arcet igitur corruptionem. Non reprehendam argumētandi formam: quia logica præcepta rident. Tantum quæro, quomodo aurum corruptibilitatem à nobis auferat, vel impediatur? vel id facit, quia nos nutrit, & carnes ac spiritus ægrè dissolubiles ad eum modū reddit, vel quia circumstat nos instar aceti, aut rei frigida & exsiccantis, vel quia instar salis redundantem humiditatem consumit. Secundum dici nequit, cum tantam horū remedium quantitatem nullus unquā vel sumpserit vel sumere possit. Tertiū ob eandem causam affirmari nequit. Oportet

*Aurum nō
præservatur
a corruptione
corpora.*

portet enim multo sale carnes perfricare, ut ne putrescant. Et corpora nostra non à sola putredine corrumpuntur: sed alijs pluribus modis intereunt. Habent etiam in se causam sui interitus, propriū calorē: quatenus perpetuò & excrementa generat, & partes aliquas depascitur.

Non poterit igitur corruptionis causas tollere aurum, nisi aliat nos. At si alit, vertitur in rem nutritam. Corruptur ergo, & desinit esse aurum, ut sit caro humana. Fortius ergo est corpus nostrum

*Aurum nō
si nutriat
corruptionē
nō retardat.*

mutās, quam aurum mutatum. Et cum assimilando sibi alimentum nutriatur, aurum sibi reddit simile. Perdit igitur

*Quod nunc
trit, corrumpitur.*

suam stabilitatem, & corruptibile sic fit, sicut nos sumus. Adde quod corruptibile ab incorruptibili nutriri non potest.

*Corruptibile
le nō alitur
ab incorruptibili.*

Contradictoria sunt: aliquid non corrumpi, & aliud tamē nutrire. Non enim potest nutritio fieri absque alimēti corruptione. Sic quod non potest mollescere, non potest etiam molle corpus alere:

*Aurum potabile factū
aurum manet atq; incorruptibile est.*

quia simile fieri nequit. FVR. Sed potabile factum, molle factum est. ER. Aurum quia immutabile est, etiam fu-

sum & aquæ speciem habens aurum est:
 & proinde incoctile. An metalla liquata
 metalli naturam perdiderunt? Aequè
 stultè dicunt, cuiusq; rei tēperamentū af-
 fumere. Si sic esset, infanis benè, in ægris
 malè temperatum esset. Aequè igitur
 morbosa in morbis retineret, quomodo
 sana in sanitate seruaret. Sed satis osten-
 sum est, vel ob id metalla inepta maxi-
 mè esse, ut corpora nostra instaurēt aut
 nutrant, quia nimis sunt dura & terrea.
 Equidē instrumenta animæ nostræ mol-
 lia & flexilia esse oportet: duriora si fie-
 rent minimè usibus eius apta existerēt.
 Perspici ex eo potest, quod pili, ungues,
 ossa, chartilagine, ligamēta, propter sic-
 citatem & duritiam expertia sunt sen-
 sus: & ægrè admodum nutriuntur. Cer-
 tē usum Animæ nō præbent instar alia-
 rum partium: sed ad sustentationē alia-
 rum partium & compactionē tantum
 ferè facta sunt. Quòd si ex metallis ali-
 menta fabricari possent, vix partes alias
 nutrirēt, quàm modo dictas. Quare fru-
 stra & stultè nihilominus tantis labori-
 bus & sumptibus pararentur. Nam hæ
 partes

*Instrumenta animæ
 cur mollia
 esse oportue-
 rit.*

DE AVRO POCVLEN. 75

partes ex natura sua plerumque satis duræ & robustæ sunt : rarò admodum alimenta postulant , à quibus robustiores efficiantur. Suspicio sic rationatum fuisse Tenebrionē illum, Metalla difficulter dissipantur. Qui ergo his nutriuntur, ijs & sanguis & spiritus & carnes &c. nō facile poterunt dissolvi. Quare longævus fieri oportet. Nisi hoc aut simili modo se atq; alios argumendo fefellerit, vix intelligere possum, quid eum moverit, ut his remedijs metallicis vitam in tot secula produci asseruerit. F V R. Ipse quoq; sæpè in hac disquisitione me frustra defatigavi: nec probabilius aliquid reperi. ER. Quomodo, si aliter sensisset, toties nobis inculcaret spiritus & facultates corporis omnes ab his prorsus miraculosè instaurari, augeri, conservari? Hæc absq; nutritione fieri nulla virtute naturali possunt. Generantur enim continue spiritus ex sanguine in corde elaborato & extenuato. Nec aliæ res utilis aptiorem eis materiā suppeditat, quàm quæ celeriter in sanguinem purum, tenuem, & spirituosum permutantur. At metalla, quocunq; modo extenuentur in

*Paracelsi
argumentum*

*Spiritus &
vires corporis
nostri nō
augentur
absq; nutri-
tione.*

sanguinē transmutari nequeunt. Quod si tandem mutari posse daremus, ægerimè tamen mutarentur, sanguinemq; multo tum duriores tum sicciores efficerent, quàm ut spirituum generationi conveniret. FVR. Quid si hoc negent Paracelsici? ER. Pro more id fecerint. Non possunt autem negare: cum sanguinem pro diversitate alimentorū diversum gigni, cum & res ipsa demonstraret, idemque abundè in superioribus probaverimus, atque ipsi quoque concedere nolentes etiam cogantur: si modo hypotheseim velint suam servare.

Qua namque ratione alia ostendent, vires talium esse durabiliores? Si enim in sanguinem versa naturæ suæ constantiā & soliditatem amiserunt, non retinebūt pertinacius alijs suas potestates, nec difficilius alijs quibusque rebus dissipabuntur. FVR. Fortasse respondebunt corruptione amittere duritiam. Nam & naturaliter corruptæ res pleræque molliores fieri videntur. ER. Quæ corrumpuntur putredine aut simili corruptione, humidiora & laxiora sæpè fiunt. At-

Quæ corrumpuntur, molliora fiunt.

tamen

tamen suæ materiæ qualitates non ex-
uunt omnino, quamvis nō nihil eas mu-
tent. Hinc fit, quod nec sapor, nec calor, *Putrefacta*
nec odor, nec consistentia eadem est in *odore, sapo-*
putrefactis omnibus: sed tantum inter *re, calore, et*
se differunt ferè, quantum ante corru-
ptionem differebant. De corruptione
loquor, per quam res corrupta non sta-
tim in elementa dissolvitur: sicut com-
busta, aut per extremam putrefactionē
dissoluta. Supra ostendimus, cibos, ani-
malium, carnes, (& quod mirabilius est,
excrementa) suis imbuere qualitatibus,
quas ante corruptionem possidebant:
de quæ re pluribus in tractatu de phar.
occul. potestatib. disputavimus. Nisi cor-
rupta retinerent qualitates aliquas ma-
teriæ illarum rerum, ex quibus per cor-
ruptionem generata sunt, non differret
vini, sanguinis, lactis lotij, liquorum alio-
rum, cadavera, ut sic vocem, sed eadem
esset omnium natura: adeoque ex quo-
libet quidlibet fieret. Quocirca retinent
etiam metallorum liquores eorundem *Liquores*
contumaciam, qualitatesque materia- *metallorū*
les, propter quas vinci à nostro calore *retinēt suas*
qualitates.

non sic possunt, ut in sanguinem ac spiritus cōvertātur. Alius itaq; in plumbi, alius in ferri, alius in auri liquore sapor, cōsistentia, vis, calor, inest. in cunctis aut cōtumax quēdā metallica siccitas & peregrinitas reperitur, calori nativo prorsus adversaria: quā pręparatione totam non amittunt, priusquā in elementa rursus solvantur. Possunt igitur Chemici metalla emollire, solvere, corrūpere, in cineres redigere, purificare, oleū aut humore ex eis elicere: metallicā naturā ab eis auferre nō antē possunt, quā in elementa redegerint. Nā & in calce ac cinerib. corū vis metallica superest. FVR. Incidit nunc aliud. Dicunt enim se in tenuissimos spiritus vertere, q̄ subtilitate substantię suę p̄ omnia penetrēt: ac spiritus nostros eo modo mirificē recreent. ER. Eodē relaberis. Vel enim hi spiritus metallici materię suę naturā servāt, vel nō servant. Si amittere putes, inutiles fuerit labor ex metallis tales spiritus febricandi. Poterūt enim minore tum labore tū impensa ex rebus nobis amiciorib. parari. Si retinent, rursus oleum & operā omnem perdidisti: imō deteriora effecisti.

*Utrum spiritus metallici, nostros spiritus au-
geant?*

Quippe res illę, quę cū corpore nostro convenientiā & similitudinē habēt, crebra uſtione ſeu deſtillatione Chemicorū pernicioſiores ſubinde fiūt: ſicut mel & vinum: quę venenofa effici iſto modo Paracellſus docuit. Facilius iſtud evenire credes, ſi cogitabis quā noxia res efficiatur ſanguis, cū nimirū coquitur. Flava bilis etiā veneno peior redditur, quoties plus iuſto à calore noſtro tepido aſſatur. Quanto igitur exitioſiora illa ſient, quę gratiā & cognationē nobiſcū nullā obtinuerunt? FVR. Quocunq; me vertam, & quicquid cogitē pro Paracelſicis, fruſtra me cogitare video. Scio ſemina quædā inveniri, q̄ ipla eſculenta nō ſint, fructus tamē pferunt eſculentos. Sed hoc abſq; vita illa, quę nutritione deſcribitur, fieri nequit. Hęc etſi in metallis ineſſe daremus, nū tamē extra terrā tales fructus edere poſſent? Ignes. n. quibus ſua ferē omnia coquunt Paracelſici, p ſe nō generāt, ſed genita perdūt. Oppoſui tibi omnia, q̄ vel ab ipſis obiecta memini, vel p me iſpum excogitare potui: nō quidē eo animo, quaſi probabilia iudicarē (quędā abſurda eſſe nō neſcivi) ſed ut res dilucidius

Mel & vinum crebra deſtillatione ſiūt pernicioſa.

Semina quædam nō eſculenta fructus proferunt eſculentos.

exponeretur. Non obest, sed vehemēter prodest, quædam sæpius repetivisse ac diligentius inculcasse. Nam ut Hipp. ait, ἀναγκη ἐστὶ πρὸς τὰ ἰσχυρῶς δοκέοντα, τὰ πᾶσι δὲ ἰσόρροια ἐπὶ ἡγεῖσθαι, εἰ μέλλει τὸν ἀκόντα ἐκ τῆς πρὶν γνώμης μεταστρέψαι τοῖς ἑαυτοῦτε λόγοις πείσειν. Propter hanc causam te oro, ut me porro etiam feras ineptientem.

E. R. Perge, ut lubet. F. V. R. Postquam non experientia solum, quæ stultorum quoque magistra dicitur, verum etiam solutis rationibus, & quod multo amplius est, sacrosancti verbi Dei consentiente testimonio demonstratum est, metalla (Ratio par est, metallicorum, terrarum, lapidum, denique omnium omni vitæ gradu carentium, sive ex elementis proximè concretorum) & ex his vi ignis extracta olea, liquores, pulveres, &c. in sanguinem & substantiam humanorum corporum permutari non posse, consequi videtur altera disquisitio: num quæ alere nequeunt, absque noxa insuper devorentur? Etenim cum cibis deglutimus interdum aliqua, ut ceraſorū integros nucleos sua testa intactos: à quibus

*Quæ diu
inhæserūt,
non facile
pelluntur.*

*Num me-
talla, si non
nutriāt, de-
vorari tutò
possint?*

quibus rarò aliquis læditur, etsi neuti-
quam mutatos rursus egeramus. ER.
De hoc postea videbimus: nunc viden-
dum erit, quid Paracelsus docuerit (hoc
est, utrum metalla putarit alere: an phar-
macorum duntaxat rationem voluerit
obtinere? FVR. Dixi paulò ante Para-
cellicos metalla & ex his confectos li-
quores, ut medicamenta usurpare. Scio
Paracelsum hic, ut in alijs omnibus, va-
rium inconstantemque fuisse: at eius se-
ctatores non animadverti eadem levita-
te laborare. Et de magistro eorum hoc
affirmare possum, eum sic sæpè locutū
esse, ac si ratione nutritionis solum pro-
desse metalla. Hac de causa pharmaca
scribit alimento respondere debere: &
ob eam rem opus esse, ut purgentur &
sincera exhibeantur, ne quid nocēs aut
coctioni resistens retineant. Aurum &
Tartarum diaphoretica (scribit in Aph.)
sunt cibi. Item, Remedia prius oportet
in ventriculo occidi (id est concoqui.)
dem hoc longa verborum serie conten-
dit lib. I. Paramir. Rem nullam pharma-
cum esse in prima vita sua: sed necessum

*Paracelsus
statuit me-
talla in vas-
re quatenus
nutriunt.*

esse, ut moriatur & concoquatur. Veterem enim formā nil prodesse. lib. de Tartaro, Solum alimentū totū corpus pervadit: eoq; solo morbi ubiq; inveniuntur. Quod de alimētis hic affirmat, ubiq; alias pharmacorū proprium esse asseverat. In magna Chirurgia hoc tincturis adscribit non semel tantū. In eadem, auxilia naturæ cognata esse oportere, ait.

Vulnera secundū Paracelsum curantur pharmacis vulnera nutritibus. Item, mercurium præparādum, ut cibis fiat. Artem quoq; vulnera curandi in eā totam scribit positam, ut Medicus vulneri conveniens offerat alimentum. Vbi ex pharmaco, (addit) natura alimentum attrahit, reliquum sicut excrementum rejicit. Nam instar aliorum ciborū omnium in se excrementum continet. Item, remedia ita sunt componenda, ut haud aliter ea morbus recipiat, quā famelicus cibum, & siticulosus potum: quæ videlicet probè nutrant, non ventriculum tantum infarciant. Item, Balsamus naturalis id est, quod sanat, eget ad hoc duplici alimento. Unum exhibent cibis & potus: alterum, remedium vulneri impositum. Est igitur unguentum

tum seu medicamentum Balsami conveniens alimentum. Quare in primis hoc studere debet bonus medicus, ut alimentum aptum eligat. De auro sigillatim sic scribit. Sciendum est, viscera auro potabili sustentari ac nutriri: quod omnes medici præparatum habere debent. Quisquis enim eo caret, nullius est præcij. De Elephantiasis curatione ait.

*Auro potabile nutritur viscera
Paracelsus.*

Quilibet homo in se Balsamū continet: quo leprosi carent. Aurum igitur potabile cum est in vētriculo, distribuit suas vires inde in reliquū corpus: unde humiditas pronascitur, quæ balsamū crescere facit. ER. Non dissimilia scribunt discipuli. Sic enim quidam ait: Quod in corpore non coquitur, pharmacū non est.

Nam post, (nō ante,) coctionē, prodit ex re qualibet sua virtus. Alius quidā: Aurū in essentialē virtutē redegi, qua in humano corpore instar aliorum ciborū cōcoquatur. Et quid opus est argumētis aut testimonijs, cum re aia nulla magis imponant imprudentibus, quam quod ex dissoluto auro, gēmis, alijsq; preciosis rebus vitæ ac facultatum omnium

*Rei cuiusq;
virtus vix
iuxta Paracelsos post
coctionē sese
prodit.*

conservationem in multa secula, iuven-
tutis revocationem, robur, & tantū non
plenam immortalitatem, promittunt?

*Paracelsus
alicubi au-
rum poculen-
tum dānat.*

FVR. Atqui memini, Paracellum aurū
poculentum damnare potius quā lau-
dare. Etenim lib. de Resuscitat. aurum iu-
bet volatile facere priusquam præbea-
tur deglutendum. *Sicut de auro, inquit,
audistis, ita nec aliud metalli arcanū aut
pharmacum haurire debetis, nisi volatile
prius sit redditum, atque in metallū reduci
porrò nō valeat amplius.* Si enim recipiat
naturā priorem, ex duobus alterū sequi
existimat, ut vel colligatur in vētriculo,
& cū stercore eijciatur: vel in priorē na-
turā versum cū alia mala plurima infert,
tum ventriculi tunicas inauret. Quod
qui fieri posse putat, is iam Midæ Regis
fabulam pro vera historia meritò habe-

*Aurum po-
culentū Pa-
racelso re-
ducitur in
priorem for-
mam.*

bit. In 3. Archid. Aurum potabile expres-
sè in aurum reduci posse asserit: eo quē
ab essentia quinta distingui iudicat.

Quocirca tutò deglutiri nō poterit: aut
frustra saltem devorabitur. In eod. lib.
hæc habentur. *Propemodum incredibi-
le est, ex metallis, præsertim ex auro, quin-*

tam

tam essentiam absque erodentibus parare: cum sine his vinci aurum nequeat.

Etsi verò dicit, corrodentia deinde iterum separari, experientia tamen contrarium demonstrat: nec ipse negare ausus est, sæpissimè secerni amplius non posse.

ER. In hac sententia alij quoque tuere. Arnaldus Villan. itidem scribit, Chemi-

*Arnoldi
Villanova:
ni sententia.*

corum aurum noxium esse, quia cum erodētibus sit paratum, & auri vires

non servet. Quidam hoc aurum ex antimonio parari aiunt: nec inter se differ-

re aurum potabile, oleum coagulatum,

& sulfur Philosophorum (seu potius stultorum) iidem asserunt. Quòd si ergo ve-

ra sunt, quæ isti dicunt, nobiscū sentiunt: ac perfuncti iam munere nostro sumus.

Quoniam clarè probavimus, metalla, & quæ ex eis parantur, nullo modo alere

posse. Fatentur autem horum pharmacorum laudatores præcipui, tuto non

ingeri in ventriculum. Quid ergo restat amplius, quàm ut nec alimēta dicamus

nec medicamenta secunda putemus? Neutro igitur modo commodant. Si ergo aliquis eorum usus est, in externis,

morbis locum habent. FVR. Minimè opus esse puto, ut omnes locos adducā, quibus Paracelsus auri arcanum, aurum poculentum, aurum diaphoreticum, auri quintam essentiam, ad cœlos usq; laudibus extollit: & ijs virtutib. ornat, quas rei creatæ nulli Deus dedit, nedum metallis. Itaque in hac re, ut in alijs omnibus, seipsum mendacij arguit. Memini cum Rupe-scissam lib. 3. de Vita longa hoc nomine damnare, quia prohibuerit aurum intra corpus sumere. ER. Idem Rupe-scissa unà cum Lullo nihilominus affirmat tum aurū potabile, tum quintam essentiam non nutrire solum, verū etiam saginare: & nescio quæ mirabilia operari. FVR. Constat ergo hic sibi, sicut Paracelsus & sequaces eius. ER. Putatne inter Paracelsicos inveniri sic inscios rerum omnium, ut ulceratas partes credant alimentum suctu ex impossitis cataplasmatibus attrahere? FVR. Insicientissimū esse oportet, qui universas corporis nostri partes à sanguine duntaxat nutrirī ignorat. Quia tamen inter eos reperiuntur literarum prorsus ignari, non

Paracelsus
auri arca-
num, magi-
steriū, quin-
tam essen-
tiam &c.
ad cœlos tol-
lit.

Rupe-scissam
mendacij ar-
guit Para-
celsus.

ri, non temerè aliquos inveniri negave-
 ro. De alijs melius sentio: etsi nonnullis.
 etiam spūta magistri lingere gloriosum
 videtur. ER. At verò non desunt ex il-
 lis, qui magnā sibi doctrinam arrogant,
 qui tales ineptias comprobant: balsamū
 eorum succo ali dicentes. FVR. Quid
 tandem est ille Paracelsi balsamus? ER. *Balsamus*
 Balsamum in Chirurg. id dicit esse, quod *Paracelsi*
 à putredine præservat corpora nostra: *quid sit.*
 nempe salem in nobis existentem. lib.
 de Vita rerum. *Sciendum est, inquit, spiri-*
tum cuiusque corporis vitam & balsa-
um eiusdem esse: hominis autem vita
nihil aliud est, quàm sidereus balsamus, cæ-
lestis & invisibilis ignis, aer conclusus,
tinctus salis spiritus. Hunc spiritum in
 præsenti loco affirmat pro rerum diver-
 sitate varium esse: quem in 1. de Viribus
 spirit. unum eundemque in omnibus
 membris ponit: ne ulla in re sibi con-
 stet. Si sic habet res, perperam dicit,
 spiritum sive balsamum abs pharm-
 corum succo nutriri & vegetari. Nam
 lib. eodem cap. 2. originem spiritus ex-
 trinsecus venire, non cum carnibus

Origo spiri-
tus est ex
tra corpus.

generari, ait. *Ideo non est, inquit, roborandum: sed membra solum confirmare docet.*

Qua quanto sunt robustiora, tanto etiam est vegetior spiritus. Idcirco nullo modo debemus vitæ spiritum aliter servare, roborare, augere, quàm ut in sua natura membra primæ generationis conseruemus. Tunc enim seipsum corroborat. ER. Talis est doctrina eius tota, nusquam non secum pugnans. Cæterum, balsamum videtur earatione motus saltem nominavisse, quia eo carnes ac res alias imputres servari vidit. FVR. Quasi præter saltem nihil arceat putredinem. Saltem dicti illius meminisset, suisque pro sale, ne putrescerent, animam fuisse datam. Si ergo, quod putredinem arcet, balsamus dici debet, etiam acetum, aërem frigidum, ignem, animam, balsami nomine dignabimur. ER. Omnino videtur balsamum appellavisse nativum & proprium cuiusque rei calorem: qui nihil aliud est, quàm cuiuslibet rei proprium temperamētum. Certè lib. de Vulner. in Chirurgia scribit, balsamum naturalem id esse, quod vulnera sanat. Hoc cum faciat, temperamētum

Multa præter saltem à putredine servant.

tum partis vulneratæ, omnino per balsamum intellexit nativum partium calorem. F V R. Cur non eodem cum alijs modo nominavit? ER. Vt novaret aliquid: à paucis intelligeretur: & rectius alijs loqui ac sentire videretur. F V R. Omnes hasce nugas scio firmè ipsiusmet testimonijs refelli posse. Nulla enim in re sibi consentientia scripsit: si, quæ diversis locis differuit, observetur. Interim quæ de admirandis & planè stupendis viribus auri potabilis, de liquore, essentia, arcano, magisterio, tum auri & argenti, tum margaritarum & coralliorum, electri, antimonij, prodidit, à plerisque non putantur vana & eumentia esse. ER. Præclarè scio, paucos ista expendere: plurimos non posse iudicare: sed virtutes illas divinas demirari: aliquos stultitiam & temeritatem istorum ridere: nullos ferè apertas & perniciosas adeo pollicitationes cōfutatione dignas existimare. At quid interim fit? Emu-

*Paracelsi
corum vir-
tutes.*

gunt aurum, argentumque ab ægris: & ingente mercede accepta fœdè impieq; excruciatos mactant. Nec moventur ad

*Excusatio
Paracelsi-
corū homi-
nidiorum.*

*Paracelsi
exactione
auri purissi-
mi stultos
decipiunt.*

pietatem aliquam morte hominum: sed admoniti etiam præfractè pergunt. Vide verò quam præclarè factum suum excusent. Dicunt omnino morituros ex eo morbo aliàs fuisse: ac medicamentorum suorum beneficio, quæ solos curabiles sanent, tormenta longiora effugisse. FVR. Quibus argumētis persuadēt hominib. pharmaca illa tāta efficacitate vires collapsas instaurare? Quod enim p nutritionē id nō fiat, satis iā perspexi. ER. Nullis: sola asseveratione & pollicitatione imprudētes & credulos dementāt: Et, (quod mirabile maximè est,) sola auri pstantissimi & purissimi exactione fidē faciunt: dum eo sibi opus esse affirmant ad cœlestium pharmacorum præparationem. Maxima enim pars divitum putat, aurum, argentum, gemmas, quia magno estimantur, etiam magnas in sanando vires habere. At ipsi his acceptis, pulverem Mercurij, aut vilissimi pretij pestiferum liquorem reddunt. FVR. Quid si fortasse roborari vires potent alia ratione, quàm nutritione? ER. At ignorant Paracelsici, quale robur corporibus

DE AVRO POCVLEN. 81

bus nostris conveniat. Non enim duritia ferri aut aliorum metallorum iudicanda est firmitas humanorum corporum: sed mediocritate illa, qua idonea sunt ad obeundas animæ functiones, quarum causa facta sunt. An non manifestum est, hominum optimè valētium corpora mollia esse? & ægrotantium plurimorum dura & contenta? Toto ergo cœlo falluntur, cum ob eam causam metallica pharmaca maximè conferre censent, quia dura & solida sunt. Quanto enim duriora fiunt, tanto ineptiora ad omnia naturalia munera efficiuntur: sicut antè probavimus. Certè quantū senescimus, tantū augetur duritia: sed viribus ex hac re lucri nihil, damni plurimum accedit. Viribus igitur pollet, non qui duras habet carnes, exempli gratia, sed qui usibus animæ aptas nactus est. Consistit porrò virium essentia in iusta temperatione & copia partium solidarum & spirituum: instrumentorum apta concinnaquefiguratione. Quæ horum vitia tollit, vires instaurat & auget, maximè ve-

Virium robur non est situm in duritia.

In quibus consistat virium robur.

Verò, qui conveniente alimento partiũ
 substantiam simul cum temperamento
 fovet, conservat, auget: nō qui duritiem
 inducit. Cæterum metalla nec spiritus
 nec partes alias corporis nostri nutrire
 posse, clarè firmeque, ut opinor, ostendi-
 mus. Quare fabulæ sunt & putida som-
 nia, quæ de tali virium confirmatione
 fabulantur Paracelsici. Vtinam verò so-
 las bursas suas replerent ista ratione: &
 non sævam simul carnificinam exerce-
 rent. FVR. Nulla ergo alia ratione vi-
 res confirmari possunt, quàm nutritio-
 ne? ER. Nulla cum propriè loquimur.
 Nam ex metallis parata remedia, quæ cu-
 tem densando cogunt, ne diffuant ac
 dissipetur spiritus, nulla fortè inuenies.
 Adstringentibus externis potius id con-
 sequimur, quàm intrò assumptis: cum
 præsertim virtute ignium præparata ca-
 lesfaciendo & siccando plus dissipent,
 quàm adstringendo seruent. Ratio eadẽ
 est illorum, quæ cogendo partes laxatas
 contrahunt. Nam ex talibus vix ullum
 reperitur unctionis seu crimonie expers.
 FVR. Paracelsi discipuli cum magistro
 Martis

*Quot mo-
 dis viros cõ-
 firmentur.*

Martis seu ferri crocum validè exsiccare & adstringere affirmant: dissipare nō concedunt. E R. Qua ergo ratione dicunt, eum aquam hydropicorum consumere? Sed esto, siccet adstringatque strenuè. An ob id nō dissipabit? Quam multa sunt, quæ utrumque præstant? Certè ex præparatione acrimoniā nanciscitur corpus adeo durum vehementibus ignibus exercitatum ac mutatū. An non præstat familiaribus & à natura alimentorum minus alienis viscera adstringere & exsiccare? Ego sanè in ascite laborantibus aliquoties expertus sum vinum, in quo chalybs ignitus sæpius extinctus fuisset, strenuè aquas expurgare: quicquid de suo croco nugentur illi miseri. Qui præparandi rationem à Paracelsō traditam attentè examinare volet, facile quanta vi polleat discutienti perspiciet. Quare porrò temperiem corrigendo vires instaurant, naturæ grata amicaque esse debent: metallica vero non inimica tantum sunt, verum etiam vehementer calida universa. Quare in solis frigidis affectibus cōducibilia fue-

rint. At in his etiam præstat usitatis, & succi alimentarij aliquid continentibus uti, quàm metallicis. Summatim dicam omnia: & quidem Galeni verbis. Qui vult, inquit, robur ac firmitatem corporibus comparare, οὐχι δ' αὖ σκοπὴν, ὅθεν σκληρὸν τὸ σῶμα ἔσται: ἀλλ' ὅθεν αἱ δυνάμεις τῶν μερῶν παραυξηθῶσινται, καὶ τὰ μέρη ἀνεμποδίτως τὰς ἰδίας χρείας παρέξεται.

FVR. Si ergo neque nutriunt, neque roborant, neque tempericem commodè corrigunt ista remedia, vires non tam erigunt quàm prosterunt. Quocirca explicata ferè iam est, tota de his pharmacis tractatio. Quippe Paracelsus lib. de Gradibus constanter affirmat, pharmaca omnia morbos roborando sic pe' lere, ac si quis hostem manibus propellere niteretur. Addit deinde, roborantia omnia temperata esse. Et præter quintas essentias temperatum nihil exstare. Ex quo certè sequitur, ex tota quintas illas essentias nihil roborare. Frustra igitur arcana, magisteria, tincturas, aurum poculentum, & alia illiusmodi excogitata sunt. Differunt enim à quin-

Turpes aliquot Paracelsi doctrinae dictiones.

Auri liquor, tinctura, magisteriū, arcanū, non roborat.

quinta essentia: sicut in Archid. videre licet. Deinde si quintæ rerum essentiæ ita differunt, ut res ipsæ discrepant, quod in Archid. itidem asseverat, quæ poterunt esse omnes temperatæ. Parantur ex calidissimis, siccissimis, frigidissimis, &c. rebus. Si differre neget, perinde erit, ex quacunque re paratur. Quid igitur opus tot tantisque sumptibus & sudoribus ex auro elicere, si ex vilissimis rebus nullo sumptu ac labore, tempore longissimè breviori parari æquè bona temperataq; potest? Quo denique iudice de *Quinta esse sentia non sunt temperata.* cretum fuit, aut decerni oportet, quin Paracelsicorum essentias temperatas esse? Sensus contrarium pronuntiabit. Ratio falsum esse affirmabit. Quid igitur? An non rectius censebimus, Paracelsum mentiri, quàm rationem atque sensus nostros falli? Quanquam non tam mentitur lib. de Grad. quàm verum dicit in Archid. & alibi: quibus locis semet ipsum mendacij convicit. E R. Optimè argumentaris: nec alio, quàm te ipso, opus habes Doctore in cæteris. Huc usque Para-

Paracelsi phantasiam ipsiusmet verbis atque argumentis confutari. Qui hoc genere argumentandi delectantur, pluribus & apertissimis contradictionibus refellere poterunt: si modo eos non piget scripta monstri hominis inter se conferre. Exempli causa hoc adferam.

Audacter asseverat frequenter, virtutem & efficacitatem pharmacorum positam esse in quinta essentia seu vitæ spiritu.

Sic ergo colligo, ubi essentia quinta non est, ibi virtus nulla. Vbi vita non est, nec quinta essentia. Ergo ubi vita nulla est, nec virtus aliqua est. Hæc ex 3. Archid. & alijs locis plurimis probarem eius esse, si putarem ab aliquo negari posse. Pergo igitur. Virtus medicinalis consistit in sola vita. In metallorum calce nulla est vita. Ergo nec virtus aliqua. Quod verò metallorum essentiam destrui oporteat, ipsius etiam auri, priusquam extrahi possit quinta essentia, ab eo passim docetur. Quippe in calcem redigi oportet. At hoc est eis vitam adimere: ut in lib. de Morte scribit. Quare inutilis est omnis iste labor: & tantundem habebit

Quinta essentia fit ex rebus corruptis.

bebit herba quælibet virium: quantum
metalla: nec metallo metallum essen-
tiam post se relinquet meliorem. F V R.

In lib. de Resuscit. duplicem calcem vel
cinerem ponit. Alter revocari ad metal-
lum potest, alter non potest. Hic volati-
lis est, ac plus siccitatis, minus pinguedi-
nis habet: ille plus pinguedinis ac mi-
nus siccitatis retinet: cuius gratia fluxi-
lis effici rursus potest. E R. Incassum

hæc obijcis. Ipse enim paulo post præci-
pit, ne intra corpus ullum arcanum aut
metallum sumamus, quod non volati-
le potius sit factum: & omnem habilita-
tem, consistentiam & naturam metalli

recipiendi amiserit. Sequitur ergo in
pharmacis, quæ secundum eius doctri-
nam bibi possunt, nullam esse virtutem
metalli: cum ex cadavere confecta sint.

Sed ista obiter dicta sunt. Dixi unum
quemvis infinitis talibus argumentis
omnia eius placita confutare posse.

Nullus enim exstat ab hominum me-
moria scriptor, qui in omnibus ita ma-
nifestè sibi contradicat, seque ipsum cla-
rius refutet. Quod certissimum docu-

*Calx dicitur
plex.*

*Nullum me-
tallum hau-
riendum
priusquàm vo-
latile sit factum.*

*Paracelsus
qualis fuerit
Scriptor.*

mentum esse potest, cum inscientissimū & prorsus turbatissimi hominem ingenij fuisse, qui non nisi ebrius, aut futurore Dæmoniaco percitus sua scripserit: ac proinde quid consentaneum aut dissentaneum esse videre non potuerit. Tolerabile est errare. Nullus enim homo existit, qui non plurimā ignoraverit, quique in illis etiam, quorum se scientiam possidere indicaret, non sapissimē falsus sit. At hypothesebus proprijs contradicere, id verò defendi excusariue nullo pacto poterit. F V R. Ergo rem ipsam consideremus, ut quid in ea veri aut falsi insit, planius videamus. E R.

Metalli usus est in externis dumtaxat affectibus.

Extra controversiam positum arbitror; medicamenta ex metallis & metallicis confecta, non tantum utilissima in ulcerum & externorum affectuum curationibus, sed propè necessaria existere. In causa hoc est, quòd propter substantiæ densitatem validas vires obtinent: sine quibus sæpè externæ affectiones vinci non possunt. Tutior eorum usus hic est, quia & non facile ad profundum corporis per tot interiectas partes pene-

ne-

netrant, & auferre ea pro arbitrato nostro possumus. Cum etiam noxam intulerunt, facilius corrigitur hic error, quàm qui latentibus partibus accidit.

Iam de internis solummodo usibus agere propositum habemus. De principio constitutum nobis est, omnia illa, quæ assumimus, vel alimenti vel medicamenti naturam habere, vel utriusque vires obtinere. Demonstratum verò est, metallica, & metalla, quibus hodie Paracelsici tanquam à se inventis & introductis remedijs tantas laudes adscribunt, nullo modo corporis nostri partes aut spiritus alere. Ex quo consequitur, nec inter sincera alimenta censerì, nec in medicamentorum ciborum numero haberi debere.

In medicamentorum igitur *Metallica* sincerorum ordine continentur. *pharmaca* Medicamentum porro diximus esse, quicquid corpus nostrum potest propria *sunt sincera* virtute sua mutare: licet ipsum nulla *medicamina* substantiæ suæ parte mutationem à nobis instar alimentorum (nihil enim vetat quædam in nobis calefieri, attenuari, dissolvi, ac tandem dissipari)

pariatur. Hanc enim sinceri medicamenti naturam esse indicavimus. Si reperiuntur res aliquæ, quæ neq; commodant, neque incommodant sensibilibiter;

Vinacea & cerasorum testa nec alterant nec alterantur in gestis.

Pharmaca sincera quæ sunt.

Auxilium quid.

Venenum quid.

cuius generis sunt vinacea & cerasorum testacea seu lignosa grana simul cū carne aut succo deglutita, has nos in præsentia tantum inutiles esse monebimus:

inter medicamenta, cum nec alterent, nec alterentur manifestè, non numerabimus.

Ergo medicamentum sincerum (φάρμακον) græcè illud propriè vocatur, quod cum benigni seu alimentarij succi nihil in se habeat, corpus tamen alterat ac immutat.

Hoc si iuuet, εὐθιμα, id est, auxilium, nominatur: si lædat, δηλητήριο, κακῆρρον à Græcis, maleficum venenū, & medicamentum pravum seu noxiū

à nostris dicitur. Quanquam veneni nomen (Apud veteres etiā in bonam partē accipiebatur) nunc non quodlibet pharmacum nos lædens significet: sed exitiosum & mortiferum duntaxat ita appellatur. Sunt enim ex pharmacis quædam totis naturis nobis adeo adversa, ut vix unquam sine certi periculi metu exhiberi

beri possint, quæ malefica & venena & deleteria nuncupamus: inter quæ tamē alia alijs nocentiora esse, scire ac meminisse oportet. Reliqua copia & quantitate solum perniciosa fiunt. Totis substantijs malefica nunc dicimus, quæ temperamenti sui proprietate inimica nobis existunt: ut erodentia vesicam, aliasque partes exulcerantia, validè purgantia, putrefacientia, ineffabili qualitate cor aut cerebrum offendentia, &c. Etsi enim hæc omnia simul quoque calefaciunt, frigefaciunt, &c. non tamen his solis & nudis qualitatibus talia peragunt. Plurimum enim differt simplex calefactio à purgante, putrefaciente, ac erodente calefactione. Quoniam simplex caliditas non erodit, nisi summa sit. at mediocris etiam in erodentibus & septicis id efficit. Simplici caliditate, id est, sola qualitate in temperamēto reliquas superante, nos alterat piper, (exempli gratia) ut cuius substantia tota nos nutrire possit. At illa non simplici caliditate cæteras excedente, sed mista quadam qualitate modò dicta peragunt. Quod de pipere

*Pharmaca
malefica
quæ sunt.*

Quæ sit inter caliditate simplici & putrefacientem aut erodentem differeantia.

exempli causa diximus, de alijs intelligi debet, quæ instar piperis alere non possunt: cuius generis sunt lignum Guaiacum, ossa usta, coralij, ac lapidum quorundam pulveres, aqua frigida, res aliæ plurimæ. F V R. Ergone purgantia eximis ex ordine quantitate lædentiū? Certum est, nos ab eis plurimum iuari, cum non ultra iustam mensuram exhibentur. E R. Iam respondi, si animadvertere libet. Purgantium non unus est modus. Quædam benigni utilisque succi aliquid participarunt: quædam prorsus carent. Et hæc quidem sincera & pura sunt medicamenta. Illa ad genus medium pertinent: atque in duas rursus species dividuntur. Nam aliqua notis qualitatibus excretiones movent: quæcunque scilicet vel acrimonia virtutē expultricem irritant, vel lentore substantiæ intestina lubricant, vel adstrictione, quæ in subiectis partibus comprehensa sunt, exprimunt. Alia totius temperamenti viribus, seu ignota virtute aluum sollicitant. Inter hæc, & illa alia, quæ omnis probi suc-

*Purgantiū
modi plures
eorumq; dif-
ferentiæ.*

ci expertia sunt, evidens reperitur discrimen. Nam boni aliquid continentia in sanguinem permutantur, quoties purgatione frustrantur: id est, quoties partes vi purgandi præditæ discutuntur, aut heberantur. Illa sive purgent, sive non purgent, corpori incommo-
dant: si in eo remaneant. Quare plurimum inter purgatoria, quæ occulta vi vel sola vel cum bono aliquo succo iuncta purgant, & alia phar-
maca, quæcunque sola quantitate offendunt, interest. Etenim si in quantitate minore sumantur, quàm qua purgare possunt, & ob id in corpore subsistant, necessarium est, ut pro viribus corpori molestiam pariant. Et altera quidem tantum nocent, altera pusillum etiam prosunt. FVR. Hoc intellexi quidem: at illud nondum perspicio, quorum iam dictam medicaminum differentiam institueris. Pharmacorum nihil alimentarij succi in se comprehendenti-
*Pharmac.
sincerorum
distinctia.*

alia dicis malefica vel noxia esse, quantulacumq; hausta fuerint copia vel quantitate: illa scilicet quæ tota substantia

nos immutant: alia non semper nocere, sed tunc solum, quando maiore copia deglutiuntur. Ego verò ne hoc, quidem percipio, quānam medicamenta sola quantitate corpus agitent, non etiam substantijs. De propriè appellatis medicamentis loquor. Nam quæ succi boni aliquid continent, ea quomodo alterent exemplo piperis edoctus sic satis intelligo. Adde, quod etiam alia illa non semper nocent. Etenim non quantavis portio ignis lædit, ut Gal. testificatur. Experientia quoque docet igneum calorem modicum vehemēter interdum commodare. Idem in mistis locum habet. An non enim & cantharides, & opium, (ut purgantia silentio præteream) utiliter nonnunquam devorantur? ER. Distinctionis causam postea intelliges. Medicamenta sola quantitate molestātia, tametsi substantia eorum nihil habeat cōvenientis succi, ea voco, quæ siccitate & humiditate solum alterant. Hæ qualitates admodum sunt ignavæ, nec se instar caliditatis & frigiditatis ad vicina corpora extendunt. Quippe sicca

*Quæ ex
pharmacis
sinceris, quā
tate sola
lædant.*

res iuxta humidam posita, non siccant, nisi pars substantiæ eius cum humida miscetur. Ita nec ab humida sicca res madescit, nisi humidæ substantiam in se recipiat. At calida, ut ignis, calefacit vicina corpora, nulla sui parte transmigrans, sed caliditatem in ipsis similem, quantum potest, ingenerans. Igitur sicca & terrea solummodo, nec ulla insigni qualitate alia prædita, propter siccitatem concoqui nequeunt: at quantitate sua debili non admodum alterando fatigant, sed ab humore cōbibito pfusa nihil porro agunt, quantisper exsiccata rursus non fuerint: ut in luto aqua permisto perspicue patet. Tales sunt cornu cerviustum, corallij, ossa usta, ebur, unicornu pulvis (quæ tota ignoravit vetustas, & sine omni ratione & causa tanti faciunt omnes ferè) & alia plura. Quæ isto modo siccant ac alunt simul, infinite amplius aliquando absunt. Nam corporis substantiam talia exsiccant: cum illa tantum externam humiditatem combibant. Sic & cum notabili calore aut frigore iuncta ledere multum solent. Huius ordinis humidum cor-

*Unicornu
vocati pul-
vis sine cau-
sa tanti as-
timatur.*

pus mistum in præsentia nullum occurrit: ex simplicibus aqua talis fuerit.

*Sincera
pharmaca
interdum
hausta pro-
sunt.*

Quanquam magis hæc madefaciat propter tenuem fluxamque naturam, quæ insinuare quaquaversum in omnia solet, quā terra arefaciat. Quod de alijs pharmacis, quæ tota substantia calefaciendo, frigefaciendo, exedendo, putrefaciendo, purgando corpus frangunt, obijciebas, neutiquam nobis adversatur. Non enim nego talia utiliter aliquando offerri & sumi, sed hanc eorum naturam esse dico, ut noceant: licet in minima quantitate sumantur. Hæc de causa talibus non utimur nunquam, sed rarò usurpamus: atque id non sine præcedente omnium circumstantiarum diligente examinatione. Nisi enim plus commodi, quàm noxæ ex eorum usu secuturum certi simus, libenter abstinemus: atque illis contenti sumus, quæ tardius fortasse, & securius tamen iuvant. Quis, oro te, velit sciens ac prudens vel scintillam ignis devorare propter calefactionem? Omnes certè pipere, zingibere, vino, & similibus frigiditatem

diratem partium internarum pellerè malunt,quàm igne, aut æquè periculo-
sè calefacientibus. Cantharidibus i-
gitur utimur, non sine metu quàm ra-
rissimè. Nec tam sumus temerariè au-
daces,ut cum Paracelsicis opium facilè
edendum,bibendumvè offeramus:pro-
pterea quòd ipsum per accidens solum
certis in casibus conferre novimus.

Quis non libenter abstinèt à purganti-
bus, si carere illis possit? Haud teme-
rè medicum reperias, qui vehementer
purgantia non libenter devitet. Quod
de igne adfers,simile non est: nisi ipsam
ignis substantiam ingeri putes. Sed ad
hoc responsum est. Alias conducit
quibusdam calefieri ab ignis calidita-
te simplici. F V R. Iam nunc incipio
videre, cur tam acuratè medicamenta
distinxeris. E R. Intelliges magis ex
sequentibus. Dico enim tibi aperte:
nunquam te veritatem huius rei peni-
tus perspecturum,nisi exactè discrimi-
cognoveris, inque memoria fideliter
conservaveris.FV R. Cur verò non æquè
promptè talibus utimur, cū res postulat,

*Accurata
pharmacos-
rum distin-
ctio necessa-
ria est.*

*Cur sæpius
purgantib.
quã alijs sin-
ceris phar-
macis uti-
mur.*

- ac purgantibus, quoties purgatione est opus? ER. Non una causa est. Prima est, quod usus docuit, talia, si iusta quantitate sumantur, in corpore non manere: sed vel per alvum, vel per urinas, vel per alia loca vacuari: per venas in corpus reliquum non distribui. Si enim hoc fieret, parum benè consuleretur ægrotantibus. Altera est, quod sic temperantur aliarum rerum permissione, ut minus nocere possint. Et quæ sic temperari nequeunt, ea tanquã venena prudentes fugiunt. Hanc ob rem plerique omnes malunt mitioribus, quàm sævis illis uti. Tertia est, quod aliter purgatione educendi humores vacuari non possunt. Si possent modo securiore educi, nullus puto, vellet strenuè purgantia consulare. Idem hoc in alijs affectibus servatur. Nam si tam certi essemus, naturam sic eiectionem esse venena quolibet, quomodo purgantia expellit, nõ dubitaremus, quoties res flagitaret etiam venena propinare: ut Paracelsici solent. Deinde non possunt ita semper alia, præsertim verò metallica, temperari, sicut purgantium

Vim hebetari videmus. Etenim purgantium vis ignibus solvitur, metallicorum magis acuitur. Postremò, quæ alijs remedijs, quàm maleficis, tolli nequeunt, prudentes omnes pro insanabilibus habent: ac malunt sic laborantem vi morbi solius interire, quàm contra præceptum Dei violentia pharmacorum mortem ei maturare. Possunt autem sanabiles omnes affectus viscerum interiorum à prudentibus medicis curari pharmacis naturæ nostræ non omnino contrarijs. Quis ergo non his potius, quàm illis in morbis internis utatur? Præceptum enim hoc vetustiorum medicorum perpetuò oculis & animis nostris obversare debet, ut, si prodesse nequeamus, non obsimus: quod sacrosanctæ quoque literæ mandant. FVR. Pergere nunc per me tibi licet. ER. Medicamentorum, quæ familiaris succi in se nihil habent, duo genera esse diximus. Prius est, quod effectricibus potestatibus, caliditate ac frigiditate, (non simplicibus illis qualitibus, sed à tota subiectæ substantiæ temperatione virtutis) corpora fatigat ac

frangit. Alterum est, quod siccitate & humiditate solummodo alterat. Ab his periculum grande nullum impendere, nisi magna nimis copia eorum in corpore colligatur, ostensum est. In priore genere comprehenduntur multæ species, scilicet exulcerantia, putrefaciētia, stuporem inducentia, purgantia, venenata qualitate cor, cerebrum, aut partes alias offendentia: & huius farinae alia.

Demonstravimus insuper certis firmisque argumentis, metallica remedia pura tantum esse pharmaca: alimentarij fucci nihil in se continere. Ex quibus insolubili cōnexionē efficitur, medicamentum ex metallis & cognatis rebus præparata, in alterutra prædictorum pharmacorum classe statui oportere. FVR. Nihil horum potest negari ER. Sciendum

Pleraq; ex metallis præparata pharmaca in classe effectricium posita sunt.

ergo nunc est, ex metallicis istis perpauca bibenda offerri agris, quæ siccandi virtutem duntaxat nacta sunt. Exceptis pulveribus coralliorum, margaritarum, lapidum quorundam, ac lignorum, nulla mihi iam in mentem veniunt. Etenim ipsis metallis atque ita lotis, ut maximam

ximam partem exuerint acrimoniæ, in
 externis solum affectibus utimur. Quæ
 in liquores vel olea vertuntur, ut nimi-
 rum bibi queant, non sic elui solent, aut
 etiam possunt. Quare in hac secunda
 specie pauca admodum sunt Paracelsi-
 cis celebrata. Si possent arcana, tinctu-
 ræ, quintæ essentiæ, olea, liquores, &c.
 ex metallis opera Chemiæ præparata
 ab omni venenositate insita, & acrimo-
 nia alijsque viribus, quas in præparatio-
 ne tum ab igne tum ab admistis rebus
 adepta sūt, integrè ac verè absolvi (quod
 Paracelsici affirmant quidem verbis, at
 argumentis, rebus, ac factis negant.) co-
 geremur omnia vel in hoc genere col-
 locare, vel inter illa numerare, quæ nec
 mutant nos, nec mutantur à nobis, sal-
 tem, puto, siccitatem tum uativam, tum
 ex præparatione acquisitam adimi non
 posse confitebuntur. Quare huc om-
 nia referre nos oporteret: cum nil al-
 liud, quàm siccare possent. Perijissent igi-
 tur oleum & opera. Verum enim lon-
 gè nobilioribus et titulis ornant, ac

multo maioribus viribus prædita esse rectè affirmant. Quippe efficacissimè ab eis corpora, quæ attingunt, immutare, unà cum sensibus res ac ratio demonstrant. In primo igitur genere pleraque collocabimus Chémica medicamenta:

*Cur vehemēter inor-
deant ac es-
rodāt phar-
mace ex me-
tall. concin-
nata.*

nisi aliter tibi videtur. Cum enim ex duris adeo corporibus opera vellementis-
simorum ignium conficiantur, fieri nullo pacto potest, quin vehementer acia
& erodentia reddantur omnia. Si cineres palearum, straminum, herbarum, lignorum variorum, acres & erodentes fiunt, quid de durissimis illis corporib. quæ naturaliter ignis partes plurimas in substantia sua mistas obtinent, statuere aliud possumus? Accedit huc, quòd pleraq; sine acribus & erodentibus medicaminibus solvi, atque in calcem verti nequeunt. Vt enim ex metallis arcana, quintas essentias, magisteria &c. parent, destruere eorum naturam cogun-

*Destructio
metallorū
in ea præpa-
ratione.*

tur, teste Paracelso. Destruere autem solent magna ex parte per vocatam à Chémicis calcinationem, vel reverberationem, vel cemetationem, vel sublimationem:

nem: quibus modis omnibus in quen-
dam velut cinerem calcemivè redigun-
tur. Adijciunt modò sales, aliàs sulfur, se-
pius aquas fortes, nonnunquam Mercu-
rium, prorsus diabolica pharmaca. FVR.
At rursus deinde separant acria illa. ER.

Vtinam verò ita esset. Plurimum certè
vereor ut separari possint, quæ tanta vi
ignis mista sunt: quod & gustus docet,
& operatio eorum probat, & confessio
Chemicorum ostendit. FVR. Memi-
ni Rupescissam, Arnoldum, alios, hanc
ob causam potissimum aurum potabile
repudiare. ER. Cogitet, quisquis ratio-
ne utitur integra, quãtam acrimoniam
necessariò contrahant corpora ista du-
ra, solida, terrea: quæ summa ignis vi nõ
prius in cineres vertuntur, quàm om-
nes ferè aëreas aqueasq; partes, quibus
velut glutino quodã cohærebant prius,
amiserint. Sed quid est argumētis opus,
cum de rebus sensu perceptibilib. quæ-
ritur? Gustet, qui non credit: ne nos in-
re seria, ex qua salus multorum hominũ
pendet, ludere voluisse putet. FVR. Gu-
stavi plurima: & quædam ab igne sæpius

*An eroden-
tia, quibus
ex metallis
parantur
pharmaca,
separari ite-
rũ possint?
Rupescissa
et Arnoldus
damnāt au-
rum poculæ-
tum.*

claborata, sine manifesta acrimonia ducia deprehendi. ER. impossibile est, non ignea prorsus effici, quæ hæc ratione appa-
Gustus acrimoniam in quibusdam non percipit. rantur. Quod non semper gustatu qualitas ignea sentitur, tenuitas facit. Pertrāsunt enim talia per laxiores partes, & in solidioribus tantum hærent (instar fulminis, quod loculo illæso argentum liquat) id quod nimis multi magno malo suo experti sunt. Cur adeo violenter purgat vitrum antimonij? FVR. Propter naturam & facultatem purgatoriam, quam sortitum est. ER. At minus purgat drachma integra crudi, quam tria vel quatuor grana calcinati. Hoc igitur quærebam, cur vitrum vehementius corpus exagitet crudo? FVR. Quid aliud hic potest dici, quam ob id evenire, quod ab igne maiorem acrimoniam acquisivit, qua facultatem expultricem validius irritat. ER. At gustatus cani non facile percipit. Latet enim ut *ἐμπύ-
ρμα* in cineribus, donec in actum ducatur à ventriculi calore. Simili autem dicta antea ratione in tenuissimis pharmacis non semper gustu acrimonia per-
 cipi-

tur. Includito tales liquores in vase stanneo, æneo, plumbeo, &c. & mox videbis quanta vi erodant resistantia corpora.

Non potuit hoc aliquando dissimulare Paracelsus (sæpè namque ab ipsa rei natura coactus imprudens veri aliquid dicit) s. Archid. ubi de gemmarum magisterio seu potabilibus gemmis loquitur. *Ne timeas, inquit, exhibere: quia acre est, ac natura calcis particeps. Nam acrimonia sua tantum agit in resistantia.*

Haud malè ista dixit Paracelsus. Quo- Noxia me-
tallicorum
pharmacoe-
rum.
niam extenuata illa pharmaca, subtilitate & acrimonia celeriter quidem penetrant, sed partes solidiores validè nimis calefaciendo exsiccandoque debilitant: sanguinem vel extenuando ferrosam reddunt, vel calore & siccitate adurendo biliosum, aut melancholicum efficiunt: spiritus eisdem his qualitatibus, agitationeque nimia disperdunt: in omnibus occultam malignitatem relinquunt, quæ latenter insitum calorem nervat, corrumpit, exedit, strangulat.

Propter hanc causam Basileæ intra anni spacium omnes perierunt, qui pharma-

ca Paracelsi haurire non sunt veriti: licet in præsentia præcære contulisse putarentur.

Cum sublimatū præcipitato nocentius Paracelsici censent nullam ob causam aliam sublimatum præcipitato nocentius esse, quàm quod subtilius consistat, & ad cor promptius penetret.

FVR. Eadem illa totidem propè verbis in Chirurgia Paracelsi me legere nunc primum recordor. *Cum ab erodentibus pharmacis, inquit, natura in rabiem acta est, morbus suo principio multo euadit deterior: qui in corpus subiens, venas compagemq; corporis totam inficiens & succendens, ibidem tempore aliquo abditus laet, donec tandem ex infectione illa contagiosus iterum morbus ad inferendam necem satis efficax erumpat.*

Sensilia sensibus iudicanda. ER. Non opus habemus probationibus, cum de sensilibus disputatur. Horum enim iudicio standū perinde tunc est, atque cum de intelligibilibus quæritur rationum momentis res dijudicandæ sunt. Lib. de Proiect. sic scribit novæ medicinæ magister, iurciurando sententiam suam asseruens. *Per summam veritatem, inquit, tibi affirmo, sublimius (seu firmitus) fundamentum medic.*

dicina inventum non esse eo, quod in electo
 absconditum latet: non inficior interim in
 alijs quoq; mineralibus magnas inesse vir-
 tutes: quod in alijs meis libris sum testatus,
 Verum non maiore tantum labore compara-
 tur, verum etiam imperiti eis facilius abu-
 tuntur: & hac ratione plus nocent, quàm
 iuvent. Quamobrem neutiquam laudabi-
 le est, quod Chemicis medicationibus se inge-
 runt: cum artis ignari sint. Et paulò post.
 In electo tanta est virtus, ut ea præstantior
 & maior in toto mundo non possit inveni-
 ri: quàm Galenicus circumforaneus medi-
 cinam venenatam superbe stulteq; nomina-
 bit. Quanquam non eam inficias in præpa-
 ratione venenum inesse. At post eam vene-
 num esse probari non potest: tametsi Bubali
 quidam intelligere non valeant. Sed iterùm
 fateor, hanc medicinam non in præparatio-
 ne solum, sed etiam post eam venenatam ef-
 se: & quidem magis quàm antea: sed ita
 tamen, ut venenum hoc comparatum cogi-
 tetur ad querendum sibi si miles succos, &
 a' investigandum atque pellendum mor-
 bos hæcticas & incurabiles. In his verbis si
 quid inest veri, negare supradicta Para-

celfici non audebunt. Si nihil est, quam fidem merentur, quæ sine iureiurando affirmavit? Summa hæc est: nec sensus, nec ratio, nec experiētia & usus, nec Chemicorum peritiorum confessio, aliud docent, quam metallica hæc remedia solidiora, quæ virtute vehementium igniū cudentur, valdè acria & erodentia existere, tum propter *εμπροσθε* impressum materiæ solidæ, tum propter rerum aliarum acrium & erodentium, sine quibus parari non possunt, permissionem. F V R. Magna attentione auscultavi, & tacitus apud me examinavi: nec quid obijciam reperio. Quippe certum est, metalla & metallica nec pura esse alimēta, nec mista, sed sincera medicamenta. Neq; enim in corpore nostro instar vinaceorum ociosa latent, sed ipsū pro viribus suis immutant. Quocirca vel ad primum, vel ad secundum genus referre cogimur. In secundo censeri non possunt, quæcunq; multa ignis virtute parata sunt. Margaritarum liquor, itemq; coralliorum pulvis, aut etiam, ut illi vocāt, tinctura, si absq; corrodentibus extracta sit,

*Margaritarū liquor,
& coralliorum tinctura in quo ordi-*

fit, fortasse in hoc ordine collocetur: nisi si margaritis alimēti aliquid inesse arbitremur: Coralij, licet vixerint, propter siccitatem & duritiam non magis nos nutrire possunt, puto, quàm ossa, & ligamenta duriora. Quæ præter hæc existant pharmaca propter explicatas causas sub primo genere comprehenduntur. In quo (etsi alia alijs sunt pertiosiora,) quæ continentur, maleficæ cuiusdam qualitatis non sunt expertia. Quare non temerè videntur offerenda: nisi cum vel extrema necessitas flagitat, vel alia nulla ad manum sunt, quibus tutius profligari præsens morbus possit. Hæc, opinor, summa est ratiocinationis tuæ. ER. Ita est. FVR. Duo ex his necessario consequi video. Alterum est, falsissimum, imò impossibile esse, ut ex metallis fabricata medicamina vires illas nobiles obtineant, spiritus instaurandi, vires collapsas revocandi, augendi, confirmandi, vitam producendi, & quæ præterea eis attribuant. Cum enim in pharmacorum censu atque ordine nulla nutrant, ista autem per nutritionem fieri oporteat, fabulas

Impassibile est metallis ea pharmaca vires habere, quas eis Parac. tribuunt.

esse cōstat. Deinde illud etiam sequitur,
 pharmaca hæc, quæ à Chemicis adulte-
 ratoribus mutuatus est Paracelsus, ne-
 quaquam mitissima esse in suo genere:
 sed plus habere exitiosæ qualitatis, quàm
 conducibile est. Nec porro mirabor ani-
 plius, si necavisse audiero ipsos suos æ-
 grotantes. E R. Pharmaca sanè voca-
 mus, quæ sic non conficiuntur, ut natu-
 ram & speciem sanguinis acquirant, aut
 corporis nostri substantiam induant, sed
 quæ substantia sua incoctili in nos agūt.
 Quæ neque mutant nos, neque mutan-
 tur à nobis, frustra & sumuntur & offe-
 runtur. Quæ porro effectrice qualitate
 nos alterant, ea si ignaviter agant, ut pa-
 rum oberunt, ita etiam leviter prode-
 runt in tantula quantitate exhibita.
 Stultè ob id tantulum commodi tot tã-
 risque sumptibus & laboribus ematur,
 quod rectius medicato eoque non in-
 suavi cibo comparaveris. Præstabilius
 hoc erit ista quoque ratione, quod me-
 dicamenta, si in corpore fortè diutius
 inhæreant, etiam si leviter alterant, tra-
 ctu temporis nocere possunt: quod ci-
 bis

*Pharmaca
 non sumun-
 tur alimen-
 ti causa.*

bis etiam medicamentosis ideo non fa-
 cile accidit, quia concoquuntur. Quid
 longa faciat actio, calor natus nos do- *Longa actio*
 cet: quia senectam & tandem mortem *quid faciat.*
 necessario adfert nativi humoris absum-
 ptione: licet subinde, quantum depasce-
 tur, reponere studeat. Quid igitur non
 peragent mali tandem, quæ nil nisi læ-
 dere possunt? Maius periculum est ab
 illis, quæ strenuè agunt. Nunquam enim
 desinent pro viribus suis agere, quæ im-
 mutabilia in corporibus nostris manent.
 Quid enim actu recepto incepit agere,
 non cessabit à sua actione priusquam
 victum sit & mutatum. Glans plumbea
 multis aliquando annis in corpore cu-
 iusdam delituit ociosa: nulla re alia, quàm
 pondere molesta. Nos autem de talibus
 non agimus: sed de effectrice vi præditis
 differimus: quæ à calore nostro in actum
 perducere habilis est. Talia, inquam, vires
 suas tempore non amittent, priusquam
 superata sint, vel dissipata, vel expulsa.
 Quod autem alit, corrumpitur. Nam
 concoqui prius oportet. F V R. Si mor-
 bi sanabiles omnes possent pharmacis

alimenti aliquid participantibus, quæ tot iam secula tuta esse docuerunt, percurari, immanis & planè barbara foret infania, alijs potius, quàm hisce, uti. Sed morborum certorū pertinacia validiora poscit usitatis: ac satius est cum incōmodo aliquo à morbo liberari, quā perpetuū graviore aliquo malo distentum districtumque teneri: præsertim cum natura talia haud difficulter ex corpore exturbare solita sit. ER. Si de externis morbis illud intelligis, aut certè de illis, in quibus melius est anceps remedium, quàm nullum, audendum quandoq; aliquid in desperatissimo affectu putarè: magnumque malum vel mediocri permutandum censerem. In alijs autē morbis nihil horum tentandum assero. Etenim nullus adhuc morbus curabilis visus est, qui non æquè remedijs illis, quibus usā est antiquitas, persanatus fuerit sine periculo, ac sanari fortasse posset metallicis cum periculo FVR. Attamen graves & desperatæ planè curationis morbos nonnunquā sanavisse perhibetur Paracelsici ejusmodi pharmacis:

*In quibus
morbis uti
liceat phar-
macis peric-
ulosis.*

& quidem sine aliqua corporis aut vitæ
 offensa. ER. Impudenter & gloriosè ta- *Fallax est*
 lia de se ipsis prædicant. Melius esset ab *& mendax*
 alijs dici. Inverecundos istorum homi- *Paracelsico-*
 num animos vel unum hoc satis arguit, *rum gloriæ*
 quòd, cum omnes penè, quos curandos
 suscipiunt, vel neci dent, vel immedica-
 bilibus malis implicent, vel sævis cru-
 ciatibus excarnificent, vel fallaciter &
 mendaciter curent, tamen nihil eos pu-
 det ea sibi arrogare, quæ se nunquam
 didicisse optimè intelligunt: Pauci, quos
 scilicet æquus amavit Iuppiter, eorum
 manus evadunt: nec nisi magna tamen
 persoluta mercede elabuntur. Per *Fraudes Pa-*
 Germaniam quæ ab istis artificibus *racelsicorū.*
 necis perpetrata certissimis & fide di-
 gnissimis testimonijs probare possem,
 recitare si vellem, in admirationem
 omnes adducerem. Non semel par-
 tes liquorum, quibus non admodum
 periculosè ægotantes necaverant: ipse
 vidi vasa tum stannea tum argentea e-
 rosisse. Nec vulgares erant, quos tam bel-
 lè tractaverant, sed magnates, abbates,

*Limonum
succus ero-
dit vasa.*

nobiles, opulēti mercatores, qui magno multoque auro mortem emere potuissent. FVR. Etiam Limonum succus vasa quædam erodit: quem ob eam causam nullus pestilentē iudicat. ER. Quia coctilis est, ac nutrire poreſt, non ita lædit. Mutatur enim eius substantia. Nec acrimonia istius eventus causa est, sed tenuitas. Nec quævis instar metallicorū vasa exedit. Nec cutem, sicut illa exulcerat. Nec nisi longo tempore vim suam exerit. Longissimè alia ratio est Paracelsicorum pharmacorum omnia ferè brevi admodum tempore virtute ignea exedentium. Non subtilitate partium, sed acrimonia ignis corrumpunt obiecta: quod hinc liquet, quod tanto violētius erodunt, quanto crassiora existunt. Feliciores locupletibus hac in parte sunt pauperes: quos inopia tutos ab istorum laniena reddidit. Qui cupit tales historias legere, illustres aliquot reperiet in Cronemburgij medici Colonjensis libro adversus Hedronem. Effugiunt periculū, quibus mitiora sunt exhibita, aut quorum natura robustior erodentia pharmac

maca superare aut expellere potest.

Quamquam plurimi ex illis, qui in præ-
 sens adiuti videbantur, postea vel mor-
 tem repentè oppetiverint, vel incemen-
 dabili morbo afflicti fortunā suam fru-
 stra deploraverint. Certè Basileæ, quod
 supra quoque dixi, intra anni spatium
 omnes alij cum Frobenio (de cuius sa-
 natione tantopere gloriantur Paracelsi-
 ci) vita functi sunt, qui Paracelsi remedia
 haurire ausi fuerunt. F V R. Hoc illud,
 puto, est, quod in Chirurg. sua Paracel-
 sus monuit, malum malo non esse pel-
 lendum. *Malum, inquit, non indicat malū
 gravius sed bonum. Iram enim patientia
 vincit, non ira. At à maiore ira aiunt illi
 vinci minorem. Fateor: sed cruenta ea vi-
 ctoria est. Quoniam si fortis à forti vinca-
 tur, non sine incommodo paratur victoria.
 Eodem modo si malignum ulcus à maligno
 pharmaco expugnetur, eam sui memoriam
 post se relinquit talis curatio, ut eger se non
 curatum mallet. Et postea. Ut maximè ul-
 cus venenatum fuisse certum sit, non conti-
 nuò tamen venenatis remedijs curari opor-
 tuit.* E R. Rectè ista, tametsi dictum

Paracelsi
 remedijs u-
 tentes om-
 nes pereunt.

Quid indicetur ab eo, quod præter naturam adest.

hoc Malo nodo malus quærendus cuius non intellexerit. Quod præter naturam adest, nō indicat hoc, ut in suum locum succedat aliud æquè malum, aut deterius: sed ut naturalis constitutio redeat. Bonum autem hoc quia revocari sæpè nequit, nisi instrumento malo pellatur, malum malo pellimus, ut bonum, id est, sanitatem restituamus. Verè autem de remedijs suis hoc dixerit Paracelsus, non extrudi ab ijs malum, ut reponatur bonum: sed ut in mali tolerabilis locum sufficiatur intolerabile: in locum solubilis succedat insolubile: in locum morbi veniat mors ipsa. Expressit ipsemet hoc suis verbis antè citatis: cum dicit, *Corrodentia postquam venas subierint, etsi aliquandiu latuerint, morbum tandem parere mortis authorem satis efficacem.* In 3. lib. de Restit. agris malè curatis, idem apertè scribit, à malignis pharmacis morbos suscitari, qui curari deinde nullis auxilijs possint. *Sic ex vehementioribus (addit) remedijs in Gallici morbi curatione usurpatis*

patis observatum est; morbos pullulasse, qui curati neminem respuerent. Qui, etsi quandoque manifestè non apparent, intus tamen tanta malignitate corpus affligunt, ut salus porro nulla expectari possit. Hæc de remedijs erodentibus, qualia omnia illa sunt, quæ ex Chemia in medicinam transportavit Paracelsus, verè scripsit. Sed fac, si lubet, curaverit aliquos Paracelsus venenatis suis remedijs absque co, ut manifestè læserit, an ob id præstabiliora alijs putabimus? Nequaquam. Nam & alij Agyrtæ inrerduum sive casu, sive audaci inscitia pro deploratis habitos curarunt: nec talibus usi tamen sunt pharmacis. Qua ergo re alia circumforaneis maior est, quàm quòd plures occidit? & quòd maligna exhibuit sciens & prudens, cum illi inscientes fecerint? Quod ut clarius videas, in memoriam revoca, quæ de translatione horum pharmacorum ipse pluribus in locis scripsit. Chemici, inquit, cum tincturas, quibus metallorum transmutationem moliebantur, ne

Quid de me
tallici phar
macis ipse
met Parac
celsus scri
pserit

gligentius custodissent, ac gallina devorassent, eisq; pluma excidissent, ac nova succrevissent, in humano corpore experiri vim earum placuit. Fabulosum & emētum qui hoc esse non credit, illud saltem videt, perniciosum esse pharmacum, quod plumas avibus devoratum excutit. Sed quis gallinas credat metalla quovis modo præparata comedisse? F V R. Quid

Fallax curatio quid que sit.

vocas fallacem curationem? ER. Quando morbo levi ægrotantes, quem naturam paulo post ultro vident deleturam, affirmant fraudulentum & valde periculoso affectu teneri: ac remedijs preciosissimis opus habere persuadent: atque interim pro auro carbones, pro medi-

Historia Paracelsici impostoris.

na venenum exhibent. Scio quendam pro ingenti pecuniæ summa tincturam coralliorum, & margaritarum liquorem vendidisse, cum non plus inesset in illis aut coralliorum aut unionum, quam in pane quotidiano, quo continuè vescimur, inest. Narrabat haud ita pridem nobis vir doctrina & fide præstantissimus, quendam, qui ex aurifabro falsario subito factus est Paracelsicus medicus, cam-

Secreta Paracelsici ex aurifabro falsario nasci.

pho-

phoram in vino stillatitio seu ardente solutam, pro liquore margaritarum: & oleum gariophyllorum alijs quibusdam reculis vilioribus mistum pro divino illo potabili auro propinare solitum esse. Talia quotidiana ubique ab omnibus fere fiunt. Et sanè minus est in hac, quàm in illa fraude, mali. Hic enim pecuniæ duntaxat, illic vitæ quoque iacturam faciunt, qui impostoribus nimis facile fidem habent. Cum ergo, qui leviculè ægrotabant, ac morbi causa à natura devicta meliusculè habere incipiunt, auri potabilis, & unionum liquoris virtutes deprædicari audiunt, eorundem viribus pristinam se recuperavisse valetudinē, magno periculo devitato, leviter nimis persuasi credunt. F V R. Magna profecto audacia fuit Paracelsi, qui toties ausus est iactare, se Elephantiasin curavisse & podagram quamlibet: nec veritus est toties contra seipsum affirmare, nullis remedijs tales morbos cedere. Sic enim quodam loco scribit. *Sed plura de lepra hominis, ut quæ nec præcaveri, nec curari possit, scribere super sedeo. Mox sui obli-*

*Audacia pa-
riter & in-
constantia
Paracelsi.*

tus iterū addit, *Ex perfrictione aut siderū influxu genitam per cælestes medicinas videri curabiles* ER. Quid mirum si quandam faciat curabilem, cum tam late, pa-

Lepræ species apud Paracelsū.

tere nomen lepræ velit? Eius alicubi plures quadraginta species statuit. At nos unicam tantum speciem incurabilem novimus: nempe confirmatam

FVR. Quid si noxia esse pharmaca sua concedant, sed nocere tamen negent, propterea quod ad purgantium modū expellantur? ER. Si eo modo postquā agitare corpus cœpissent, vacuarentur, minore metu proponi possent. Verum haud ita est. Rarò enim, extra purgantia, ulla sic eijciuntur. Si enim posset natura eodē modo pellere, nulli aut pauci ad modum venenis occiderentur. Purgantia, quia virtutem expultricem excitant,

Purgantia corpus eijciuntur.

unà cum succis, à quibus sic ferè, ut ab aqua, eluuntur: deorsum tracta per intestina emittuntur. Propter hanc causam, & quòd modo quodam peculiari naturam provocant priusquam in venas penetrarint, rarò in corpus transeunt. Si quæ per venas longius progrediantur,

mox

mox ad urinæ vias præcipitantur. Sanè
 ex venenis etiam, quæ purgare possunt,
 minus ideo lædunt, quia iterum extra
 corpus eijciuntur. Reliqua pharmaca *Cur phar-*
 non similiter expelluntur, aut quia sen- *maca alia*
 sim & tardè alterare corpus incipiunt, *non ejciantur*
 aut quia partium subtilitatem, quod de *instar*
 Chemicis haud temerè credas, celeri- *purgantiū.*
 ter nimis permeant, aut quia vētriculo
 non perinde inimica sunt, aut propter
 has causas omnes, atq; alias nobis igno-
 ras. Quæcūq; huius euentus causa sit,
 certū hoc est, non sic ea semper vacuari,
 ut purgātia reijci videmus. Quod ex per
 nitiosis rebus aliæ alijs partib. inimicio- *Pharmaco-*
 res sint, tum rabiosi canis venenum, tū *rum alia az*
 aura frigida, quæ in pedibus nata epile- *lijs partibus*
 pticas convulsiones efficit, clarè demon- *magis ini-*
 strant. Nam modò nominatæ res partes *mica sunt.*
 alias leviter ac vix sensibilibiter lædunt:
 cum ad cerebrum pervenerunt, rabiem
 & convulsionem suscitant. Nihil igitur
 absurdi fuerit, si purgantia plus alijs vē-
 triculo noxia esse atq; ob id in venas ple-
 runq; non admitti (instar aliorum, quæ
 cordi fortasse ac partibus profundiorib.

magis incommodare apta sint) pute-
mus. Præterlabetur citius ac sæpius, quæ
tenuitate partium mobilia & calidio-
ra sunt reddita. F V R. Admodum ve-

*Cur septica
in ventricu-
lo diu inhæ-
reant.*

risimile est, quod dicis. At scire velim
cur septica seu putrefacientia in ventri-
culo diutius inhæreant? E R. Fortasse

in causa est, partium crassitudo. Fortasse
pertinacius tunicis affiguntur, quàm ut
propelli citò possint. Saltem partes ali-
quæ videntur se in ipsas tunicas celeri-
ter insinuare. Gale. lib. de Simpl. pharm.
fac. 4. cap. 19. præ gravitate distribui non
posse censet: cum eiusmodi omnia ad-
modum sint crassa. F V R. Per pauca
præterea restant, quæ mihi à te nunc cu-

*Veteres cru-
da metalla
exhibuerūt
ægris.*

pio explicari. Veteres legimus metallica
quædam cruda exhibuisse. Cur igitur
non liceat idem nobis? Equidem ad pur-
gandas aquas hydropicorum ipsos tum
flore tum squama æris, ipso etiam ære
usto fuisse usos, ex locis pluribus intelli-
gimus. Novi ego etiam duos, qui ad sol-
licitandam alvum quotidie ferè squa-
mam ferri deglutiebant: solis dentibus
eam terentes. Paul. lib. 7. hydrargyri pul-

verem

verem colicis, & Dioscor. lib. 5. cap. 74. Calchanthum ad necandas tineas : & cap. 81. Sandarachā purulenta extussientibus dat ex mulsō. Et quis hodie veretur Calchanthi oleum propinare? Tacebo, si voles, quod acidularum tam creber nūc usus est, ut vix salubrius aliquid esse quidā arbitrentur. Constat verō plerasque ex Chalchanthi permistione acorem concipere: quod gallis in eas injectis exploratè comperi. E R. Haud nego veteres his aliquando fuisse usos: at rarissimè usos dico. Non putamus nos veteres, nūquam erravisse: sed quid ratio vera dicat, quærimus. Vsi ergo talibus aliquando sunt: sed tunc ferè solū, quando purgandum fuit. Sic enim non insanierunt unquā, ut vires talibus confirmari, nativum calorem augeri, naturam meliorem reddi, iuventutem restitui, iudicarent. Cur porrò minus lædant purgantia, nuper exposui. Postquam ætas posterior mitiora purgatoria reperit, non modo metallica, verum etiam Elleborum, aliaque periculosè corpus moventia seposuimus: & tutioribus uti

*Acidularū
nunc est frequens
in potu usus.*

*Quomodo
& quando
veteres usi
sint metallicis.*

ratione optima cœpimus. Mirum est, Pa-
 racelsi Allectas ab eisdem quoque ma-
 gna ex parte abstinere, atque interim sua
 illa præferre: quæ & natura sunt exitiosa
 homini: & maximorum ignium violen-
 tia nocentiora sunt reddita. FVR. Dio-
 scorides & Gal. negant acriora magisq;
 erodentia fieri uita omnia. ER. Nec nos
 id dicimus. Etenim quæ humiditatem
 continent acrimoniam obtundentem,
 acriora se ipsis fiunt, cum uruntur. Quæ
 verò in humore paucò suam caliditatē
 possident, eamq; uisione perdunt: etiā si
 urendi vim ab igne acquirant, tamen
 quam prius habebant in tenuioribus
 partibus radicatam, magna ex parte a-
 mittunt. At quo res quæque durior est,
 tanto gignitur ex ea calx acrior: quod
 præter rationem sensus nos docent.
 Hinc fit, ut quæ tam vehementium &
 diuturnorum adeò ignium opera ex me-
 tallis conficiuntur pharmaca, necessario
 quoque acerrima fiant. Loquuntur ve-
 teres illi de simplici uisione, quæ tostio
 potius vocetur, non de laboriosa hac
 Chemicorum & Paracelsicorum: de qua
 ætas nihil noverat. Recentior est infania

*Quenā u-
 sta efficiantur
 acriora.*

*Veterum u-
 stio qualis
 fuerit.*

Chemicorum metallorum transmuta-
 tionem molientium, verum rationibus
 certandum non est, ubi sensus litem di-
 rimunt. Qui calces aut cineres putant
 minus calere lapidibus & lignis, ex quib.
 ustis facti sunt, gustatu periculū faciant.
 FVR Non ad purgandum duntaxat ob-
 tulerūt, sed ad alios quoq; affectus, ut ex
 ante dictis liquet. ER. Paulus scribit quos-
 dam argentū vivū ustum colicis & ilio-
 sis exhibuisse: at non laudat. Certū verò,
 nō instrenuē purgare hoc pharmacum.
 Arsenicū Dioscor. vomitus ciendi causa
 datū ferē fuisse ostēdit. Nullus pfectō e-
 ruditus unquā intra corpus sumēdū ex-
 hibere ausus fuit: tamen rudes & auda-
 culi quidā talia illo etiā tēpore auderēt.
 Sed, sicut dictum est, non omnia imitari
 nos decet, q̄ à veterib. aliquando facta le-
 gimus. Quod. n. peritiores ista nō pba-
 rint, vel excoliquet, quod in veterū libris
 medicamentarijs enumerata non reperi-
 mus. Aurū quibusdā cōfectionib. miscu-
 rūt Gal. & posteriores ad hilaritatē exci-
 tādā, & mollicia pōtendā: quo successu,
 res ipsa nos docuit ac docet, nosq; alio

*Non omnia
 veterum im-
 itari debe-
 mus.*

Galen. pro-
hibet metal-
la exhibere
de voranda. loco indicavimus. Gale. 3. Meth. Thera-
peut. 3. sic de his scribit. Sanè communis
omnium internarum partiū indicatio est,
ut ea eligantur, quæ animalis naturæ maxi-
mè sunt familiaria, sive sint cibi, sive medi-
camenta fugiantur respicianturq; huic con-
traria. Quanquam in ys, quæ foris sunt, ul-
ceribus, innoxius etiam talium medicamē-
torū est usus: æruginis, aris usti, ærisq; squa-
ma, & Cadmiæ, & Pompholygis, & Lythar-
gyri, & Cerussæ. Hæc igitur, & similia inte-
rioribus exhiberi non debebunt. Lib. eiusd.,
operis 13. cap. 20. Chalcantum, misy, feri, chal-
citin, æs ustum, eius squamam & florem de-
vorata dicit esse noxia: quia videlicet vis
corruptrix in eis insit. Quocirca, inquit, sto-
maticis ea miscere tutum non est. Defluit
namq; interdum ex his aliquid in ventri-
culum. Idem cum in alijs tum atramento
sutorio, quod contraria penitus natura ho-
mini sit, lib. de Comp. loc. 3. monet. Vides ne
quàm sollicitè & studiosè Galen. ab ho-
um usu nos dehortetur? Frustra igitur
factum aliquorum profertur: quod pru-
dentiores damnare coacti sunt. Etsi ve-
rò sunt reperti, qui aliquid hîc auderēt,
tam

tam mentes tamen nulli sunt inventi, quod antè quoque dixi, qui admirabiles in eis vires illas quærerent, quas Paracelsici inesse improbè mentiuntur. Quid illis squamæ ferri usus commodi attulerit, de quibus loquebare, ipse nosti: miserè certè ambo perierunt. Fontium acidorum longè alia est ratio: licet eorum quoque remerarius usus in potu maximorum malorum causa quibusdam exstiterit. Primo quidem, metallici succi minima est quantitas in maxima aquæ copia. Nihil vereor affirmare, in sex aut septem nostratibus mensuris, quæ satis magnæ sunt, non tantû substantiæ Chalcanthi inesse, quantum in una, (vel duabus ad summum) guttula olei per Chemiam confecti inest. Deinde miscetur aqua cum eiusmodi succis in subterraneis locis, priusquam planè concrescât, & malam ad eò qualitatem adipiscâtur. Notum quippe est Chalcitin, quæ Chalcanthum quoddam est, etiam extra terram tempore degenerare in misij & sori. Quamobrè facile potest fieri, ut priusquam sit hoc factum, quod factum fue-

Fontium acidorum usus, cur minus lædat.

rat, cum aqua mistum prodeat. Equidē
 si vel plaustrum aquæ acidorum fontium
 potabilem, (quidam enim potabiles
 non sunt) decoquas, vix vestigium Chal-
 canthi offendes. Esse autem minus no-
 xium, cum nondum cōcrevit, sed quan-
 dam aquæ speciem adhuc seruat, nulli
 non confessum iudico. Quid igitur
 mirum, si non sæpē nocet? Huc illud
 etiam pertinet, quod hæc aqua sic pota-
 ta, non diu in corpore manet, sed paulo
 post vel per alvum vacuatur, vel per ve-
 sicam cum urinis excernitur, vel per eu-
 tem exsudat. Quibus per nullam ha-
 rum viarum exit, a potu eius largiore
 abstinere debent: si salutis propriæ
 sunt amantes. Lavare in talibus ob-
 esse non facile potest. Quod si ve-
 rum est, quod à Chemicis quibusdam,
 imò plurimis, verisimili ratione affir-
 matur, Chalcanthum ex multo alu-
 mine, pauca ærugine, sulfuris parte mi-
 nima nasci: quoties aluminosa aqua
 per venas æris & pyritem lapidem
 (marchasitam vocant) destillat, mi-
 nus nitaberis. Etenim æruginea pars
 non

*Qui ab aci-
 darum potu
 ledantur,*

non tam apta est cum aqua misceri & profluere, ac aluminosa: quæ in aqua facile solvitur. Sive ergo à Chalcantho acorem accipiant aquæ illæ, sive à succo, ex quo arte fit alumen, quæ multorum eruditorum est sentitia, nec mihi etiam displicet, nostra nihil refert: qui certò scimus vix ullum post sales metallicum remedium minus esse Chalcantho perniciosum. Quare non sequitur, Chalcanthum innoxie bibitur. Ergo etiam alia, præsertim Chemicis ignibus apparatus, sine incommodo sumi possunt. F V R. Vehementer gaudeo, hæc me audivisse: & nunc quidem plenè mihi satisfactum reor. Repetam autem brevi epilogo principales disputationis partes, ut, an memoria eas teneam, iudices. Quæ dantur intra corpus sumenda, & vim habent nos inmutandi, ea vel sunt alimenta, vel medicamenta, vel mixta ex ambobus. Alimenta sunt, quæ vinci à nobis, inque sanguinem & carnes nostras mutari possunt, (hoc est, quæ possunt hoc fieri, quod nos

*Post sales
Calcanthū
m. imē noc
cet.*

*Epilogus
seu capitula
repetitio.*

sumus) ut interim vix aut ne vix quidem nos alterent. Medicamenta sunt, quæ incoctilia sic manent, ut in sanguinem verti nunquam à calore nostro valeant: & interim nos sensibilibiter afficere possunt. Media inter hæc sunt, quæ aliqua ex parte mutantur, & simul etiam nos mutāt. Et in his maior modò alimenti, modò medicamenti, (rarius æqualis utriusq;) est portio. Quæ nec alterant nos, nec mutabilia sunt à nobis, in nullo ordinū dictorum numerantur. Medicamentorum porro, quæ propriè sic nominātur, & alimentarij succi nihil prorsus continent, duas animadverti esse classes. In prima censentur illa, quæ patientibus duntaxat qualitatibus caliditate & frigiditate alterant: quæ non admodum noxia esse perspexi. In altera collocantur longiori serie, quæ effectricibus potestatibus affligere solent ac possunt. Cæterum metalla ostensum est, nullo pacto seu nulla sui parte alere: & ob id nec ad alimentorum, nec ad mediorum ordinē pertinere. Ad medicamenta igitur referenda sunt. Non debent autem recenseri in-

inter siccantia & humectantia. Quoniā
 quæ siccant solum, etsi totius tempera-
 menti sui ratione, non virtute solius
 qualitatis primæ & simplicis id faciant,
 admirabilia, divina, ac stupenda opera
 illa edere neuntiquam possunt, quæ à suis
 pharmacis edi Paracelsici asserunt. In al-
 tero igitur genere comprehensa esse o-
 portet. Mala igitur ac noxia sunt phar-
 maca: non bona & salutaria medicami-
 na vel auxilia. In hoc enim genera con-
 tenta natura omnia sunt inimica, no-
 bisque dissimilia. Quare certo solum
 tempore & cautissimè usurpata iuvant:
 plerumque plus obsunt, quàm prosint
 intra corpus accepta. Nam foris admo-
 ta minus lædere, magisque commoda-
 re possunt. Quæ causa est, ut veteres ta-
 lia, purgātibus exceptis, ad internorum
 morborum curationes rarò admodum
 adhibuerint. (notavi interim causas, pro
 pter quas purgantia minus alijs peri-
 culosa existunt) equidem quæ spiritus
 refarcire, viros exsolutas reficere, revoca-
 tas augere, auctas conservare, hilaritatē
 & gratiam conciliare, iuventutem resti-

*Veteres raro sinceris
 pharmacis
 usi sunt, quæ
 non purgas-
 rent.*

tueri, vitam communem hominum terminum ultra sortem producere, à morbis præservari, effectum corpus vegetum reddere possunt, illa necessarium est alere posse. Absque enim nutritione apta

Medicamēta propriè dicta quando usum habeant.

solus Deus facere ista potest. Medicamēta propriè dicta non habent usum, nisi quamdiu morbum oppugnant, & naturam ad mediocritatem revocant. Si ulterius

- utare, iam non remedia sunt amplius, sed morbi sic causæ fiunt. Non ergo ad conservationem sanitatis, sed ad morbi depulsionem expetuntur & adhibentur medicamenta. Non conservant, sed excessum contrarium tollunt. Non augent vires, corpus, spiritum, sed hæc omnia magis affligunt. Rarò morbus aliquis medicamētis propriè sic nominatis curatur sine incōmodo aliquo corpori illato. Dictum insuper est, inter pharmaca alia alijs esse pestilentiora, nobisque inimiciora. Nec postremum lo-

Pharmaca metallica duobus modis noxia sunt.

• cum habere inter hæc, quæcunque ex metallis vehementis ignis opera cōcoquantur. Quippè duobus modis malefica esse oportet: propter innatam videlicet

licet malignitatem, (sunt enim nobis omnia inimica: cum omnia vel purgent, vel erodant & putrefaciant, vel inflament, vel alia ratione interficiant) & preparationis modū: sicut supra expolitum memini. Falluntur meo iudicio plurimum Paracelsici, cum hæc pharmaca re medijs ex plantis desumptis anteponūt: quia plantæ facilè à calore & frigore intereant, facultatesq; suas promptius perdant. Ideo enim pestilentiora sunt metallica, quia pertinaciter calori resistunt, acriusque eum oppugnant. Plantarum pharmaca facilius extenuantur, & per aliquam corporis partem evacuantur.

*Metallica
cur nō sint
meliora
pharmacis
ex plantis
petitis.*

Didici etiam ex te alias, pharmacorum vires proprietates esse materiæ, non formæ. Quo fit, ut non statim cum plantæ vita exhalent. His de causis vehementer sunt veteres laudandi, quod usum metallicorum nobis interdixerunt: & acriter illi reprehendendi, qui ea tanta cū hominū perniciē in usum revocare conarētur: atq; sub mellis specie venena hominib; porrigere nō verētur.

Veteres metallici noluerunt intra corpus sumi.

Non moror, quod dicunt, se corroden-
tia auferre iterum, & ita præparare, ut a-
crimoniam omnem exuerint. Vt enim
hoc dem, congenitam saltem malitiam
cōseruarunt. Si & hanc eluisse aut exuif-
se cōtendant, iam ociosum cadaver tot
sudoribus & sumptib. nobis frustra con-
cinnant. Quanto faciunt ergo rectius,
qui consuetis, cognitis, probatis, tutis, à
Deo ante tot secula mortalibus ostensis
uti malunt, quàm sauciata conscientia
novam & periculosam rationem istam
curandi, imò potius perdendi, sequi?

ER. Summam totius disceptationis re-
cte percepisti. Animadvertisti quid ali-
quando prætenderit facto suo Paracel-
sus, quòd scilicet remedia illa pernicio-
sa invèxerit? FVR. Non iam occurrit:
nisi si illud est, quod alijs Chemicis
accidit. Cum enim res suas in querendo
auro decoxerunt, & turpitudinem tege-
re aliter nesciant, ne frustra operam &
oleum perdidisse videantur, pro auro sa-
lutaria remedia se invenisse dicunt: atq;
ita cineres pro auro iterum vendunt.

ER. Vtinam verò non simul venena
pro

Nota.

*Excusatio
Chemicorū,
quæ suas
res decoxe-
runt.*

DE AVRO POCVLEN. 145

pro salutiferis remedijs offerant. Parte 2. Chirurg. tract. 1. cap. 3. hanc adfert rationem: quod & cœlum & hominum naturæ mutata sint, aliaque remedia postulent. Verba eius hæc sunt. *Chirurgi ulceribus remedia commoda nō invenerunt, quia originem (quam astronomia & Genesis cœli & hominum indicant) morborum non intellexerunt. Nam cœlum (in cuius contemplatione assidue versari debet medicus) identidem movetur ac senescit, suasque actiones ad modum senis accuratius et morosius peragit. Humana quoque genesis quotidie labitur in deterius, ut posterior infectione à priore accepta, antecedente subinde morbosior existat. Item lib. 3. de mala curat. restituend. cap. 5. Si eadem nunc, quæ olim fuit, cœli facies esset, ab antiquorum remedijs & præceptis neutiquam discedendum esse consulerem: At quia mutata iam est siderum constitutio, quis putet eandem curationem usurpandam esse? Non desunt ex radioribus nonnulli, qui opinantur immutabilem cœli modum agendi esse: quos facile ipsorum nunc ratio convincit. FVR. Si aliā nullam habuit introducendæ huius pe-*

Cur Paracelsus nova excogitavit remedia.

stis causam, securo sectatores eius animo esse iubeo (Ipse nunc eo est loco, ubi neminem porro promissis falsis decipiet) cum ab hac parte periculi nihil sit. Partes enim mundi universi munus suum pro mandato in creatione à Deo accepto præclare tuentur. Et cum quie-

Quomodo vixisse Deus post sex dierum creationem
Deus dicitur scribitur, non hoc significatur, eum opus
quies post mun- suum instar artificum deseruisse, aut ve-
di creatio- terascere permisisse. Etenim in eo statu,
nem. in quo unumquodq; esse iussit, perseve-
 rare ad præfinitum tempus usque man-
 davit. Quam rem Aristobulus ille, (cuius
 in Machabæorum historia fit mentio)
 ad regem Aegypti Ptolemæum his ver-
 bis eleganter expressit. Quies Dei dici-
 tur etiam stabilis creaturarum duratio &
 immobilitas: quam esse percipimus,
 quia Deus, cui omnia subijciuntur, ita
 constituit. Nunquam enim coelum in ter-
 ram conversum est, neq; terra in coelum
 mutata: nec Sol Luna, neque Luna Sol
 facta est. Et in animalibus similiter res
 habet. Non enim in naturam hominis
 fera conversa, nec in beluam homo un-
 quam

quam transiivit Libet huic sententiæ ex
 Arist. lib. de Mundo similem adijcere, καὶ
 μὴν μεγέθει μὲν ὁ αὐτὸς πανυπέριστα, κινήσει
 ἢ ὀξύτατος, λαμπρότης ἢ διαγέστατος, δυνάμει
 ἢ ἀγέρωστε καὶ ἀφθαρτος. Et postea. ἦτε γῆ
 φυτοῖς κοσμήσῃ παντοδαποῖς, νόμασίτε πε-
 ρεβλύζουσι, καὶ περιοχρμένη ζωοῖς, κατὰ καιρὸν
 ἐκφύσσῃ πάντα καὶ τρέφουσι καὶ δεχομένη.
 μυρίαστε φέρουσι ἰδέας καὶ πύθη, τὴν ἀγέρω
 φύσιν ὁμοίως τηρεῖ : καὶ σεισμοῖς πινασο-
 μένη, καὶ πυρρμυρίσιν πικλυζομένη. πυρ-
 καιάντε καὶ μέρος φλογιζομένη. ταῦτα ἢ πάν-
 τα ἔοικεν αὐτῇ πρὸς ἀγαθὰ γινόμενα τὴν δι'
 αἰῶνος σωτηρίαν παρέχειν. Quod porrò e-
 tiam hominis natura vitæque longitu-
 do eadem nunc sit, quæ olim ante Davi-
 dis tempora fuit, clarè tum profana tū
 sacra docet historia. Omni tempore alijs
 alijs longiore tempore vixerunt. Si nunc
 pauciores senescere obijciatur, propter
 luxum & crapulam accidere dicā. Quo-
 circa si alijs remedijs & præceptis ob id
 solum opus esse Paracelsus seriò scripsit,
 quia & coelum senio debilitatū seu im-
 mutatum, & hominum natura imbecil-
 lior facta sit, merito ab eiusmodi confi-

Eadem nunc
 est vitæ ho-
 minum lon-
 gitude, quæ
 olim fuit.

lijs desistent in posterum eius discipuli.
ER. Si fracta & debilitata esset natura
nostra, non acriora & exitiosiora excogi-
tanda fuerāt remedia, sed mitiora & blā-
diora. Si morbis magis obnoxij redditus
sumus, cur ijs pharmacis fatigamur, quę
vel robustissimos deiiciunt? Nulla cœli
mutatio cogit novam artem cedere.

*Mutatio
cœli non in-
ducit art.
novam.*

Quę inventa constitutaque est, hoc in-
ter alia præclare docet, quomodo pro di-
versitate aëris, temporum, annorum, &
regionum varianda sit curatio. Meræ i-
gitur fannæ & nugæ proferuntur ad ex-
cusandū factum, quod argumētis nullis
defendi unquam poterit. Faxit unigeni-
tus filius Dei verus & unus cum patre &
spiritu sancto Deus, Dominus & Serva-
tor noster Iesus Christus, ut sacrosanctū
eius nomen per opera medicine ab ipso
nobis donatę glorificetur & prædicetur:
utque à veritate & recta via neq; hîc.

neque alibi usquam aberre-
mus. Amen. Die 6. Cal.

Martij 76. •

•
F I N I S.

INDEX PRAECIPVA.

rum rerum & sententiarum in
hoc libello.

A



*Bsurda etiam suos habent applau-
sores.* fol. i.

*Acidularum nunc frequens in
potu usus.* 133

Aer inspiratus & aqua an nutrant, 64.
& quem usum habeant. ibid.

Affinitas inter alimenta & alita. 55

*Anima inter materiatas formas perfectis-
sima* 48

Alimenta quid sint medicis 23

Alimenta etiam patiando agunt aliquid
24

Alimenta similia sunt totis substātijs 28

*Alimenta quadam vincere & vinci quo-
modo dicantur* 29

Alimentorum differentia 26

An quod patitur, etiam agat 25

Aristotelis testimonium 24. 29. 67

*Ars chemica etiam spagirica vocata à Pa-
racels.* 1

Ars nunquam asequitur naturam 68

I N D E X.

<i>Arnoldi Vilkanoi sententia</i>	58
<i>Asclepiades</i>	6
<i>Aurifex falsarius fit medicus Paracelsicus</i>	
21	
<i>Auri poculenti varius modus secundum Paracels.</i>	84
<i>Aurum nisi nutriat, corruptionem non retardat</i>	73
<i>Aurum poculentum factum manet aurum.</i>	
<i>& incorruptibile</i>	ibid.
<i>Auro poculento nutriuntur viscera secundum Theophrastum</i>	83
<i>Auxilium quid</i>	100

B

<i>Balsamus Paracelsi quid</i>	87
--------------------------------	----

C

C <i>Arnes animalium cur tantopere differant odore sapore, consistentia</i>	34
<i>Cerebrum hominis cur mobilius & humidius</i>	49
<i>Chemicarum insulsa opinio refutatur</i>	71
<i>Corporis humani temperatio perfectissima</i>	

• I N D E X.

Corruptibile non alitur ab incorruptibili

72

D

Destructio Metallorum in preparatio-
ne 112

Differentia inter caliditatem simplicem &
putrefacientem 101

Differentia Theophrasti inter aurum subli-
matum & precipitatum 116

Differentia inter principia Paracelsi et Che-
micorum 18

Duriora non venire in cibum 47

Dura esculenta qua 48

E

Empyrici medicina hostes 6

Exitus Paracelsicorum qualis 7

Excrementa in omni substantiali mutatio-
ne generantur 39

F

Fallax cura qua sit 128

I N D E X .

Fontium acidorum usus cur minus ledat

137

Forma sua cuiq; temperationi adheret, & econtrà

69

Fundamenta artis medica certissima

82

G

G *Alexus prohibet metalla de doranda dari*

136

H

H *istoria de Paracelsico impostore* 128
Hypotheses disputationi premissæ. prima 22. Secunda 23. Tertia ibid. Quarta 24. Quinta 25. Sexta

26

I

I *nstrumenta animæ cur oporteat esse mollia*

74

L

L *Actis varietas pro passionis diuersitate*

53

Lepræ species apud Paracels.

130

Liquores metallorum retinent suas qualitates

77

Lon-

M

- M** Argaritarum liquor et corollariorum
tinctura 118
- Materia mellis quæ 61
- Materia sæpè plurimarum rerum proprie-
tates post plurium aliarum formarum
separationem retinet 77
- Medicamina propriè sic dicta quando u-
sum habeant 142
- Medicina semper habuit suos hostes 5
- Medicina vera an nunc primum reuelata
sit, sicut doctrina Euangelij 15
- Medicina vera ex sacra scriptura asseri-
tur 19
- Medicine Theoremata naturaliter nota
8. Ante Theophrastum cognita 9
- Medicorum honorifica mētio in sacra scri-
ptura 8
- Medicus doctus quis 3
- Metalla an vivant 64. an tuto deuorari
possint 80
- Metalla non inter alimenta collocanda
43. 46. 51. 55. 60. non nutrire 44. non robo-
rare 95

I N D E X

<i>Metalla non possunt esculēta fieri arte</i>	68
<i>Metalli usus est tantum in externis affe-</i> <i>ctibus</i>	98
<i>Metallica pharmaca sunt sincera medica-</i> <i>mina</i>	99.
<i>cur vehementer arrodant ac</i> <i>mordeant</i>	112.
<i>duobus modis noxia</i>	142
<i>quid Theophrastus de illis senserit</i>	127
<i>Metallici spiritus an augeant nostros spi-</i> <i>ritus</i>	78
<i>Metallorum mistio alia quā hominum</i>	45
<i>Methodici</i>	5
<i>Mistio duplex</i>	30
<i>Modi plures saginandi animalia</i>	52
<i>Morbi quidam insanabiles in certis corpo-</i> <i>ribus</i>	11
<i>Multa prater salem putredinem prohibēt</i>	88

N

<i>Non omnia veterum imitanda</i>	135
<i>Noxia metallicorum pharmacorum</i>	115
<i>Nutrimenta communicant qualitates suas</i> <i>rebus nutritis</i>	51
<i>Nutrimenta ex rebus viventibus desumun-</i> <i>tur</i>	65
	Obie.

I N D E X.

O

- O** Biectio Paracelsicorum, Deum hac
 natura mysteria nunc primum
 aperire 7. Medicinam subinde corrigi &
 nouis Theorematis augeri 13. De auri
 incorruptibilitate 72
 Omnia quæ corrumpuntur sunt molliora
 76
 Origo spirituum extra corpus secundum Pa
 racelsum 87

P

- P** aracelsi audacia & inconstantia 129.
 principia 6
 Paracelsi Medicina in Tartaro nata 10
 Paracelsici physices ignari 2. in omnes artes
 iniuri, ibid. aut indocti aut malitiosi 21
 Deum mendacij arguunt 12
 Paracelsicorum virtutes 89. calliditas &
 excusatio 90. vana gloriatio & fraudes
 123
 Paracelsicorum remedijs utentes intra an
 num omnes pereunt 125
 Peracelsus medicina sua primus inventor 18
 Paracelsus magus, & ☉, porcus 20. qualis
 scriptor 97

I N D E X.

<i>Pharmaca sincera quæ 100. malefica</i>	102
<i>Pharmaca sincera interdum hausta profunt</i>	
106. eorum differentia	103
<i>Pharmaca non sumuntur alimenti causa</i>	
120	
<i>Pharmaca purgãtia corpus eijciuntur, alia</i>	
non item 130. sæpius quam alia simplicia	
adhibentur	108
<i>Pharmacis periculosus in quibus morbis uti</i>	
liceat	122
<i>Pharmacorum accurata distinctio necessaria</i>	
107	107
<i>Pharmacorum effectricium multa species</i>	
110	
<i>Pharmacorum potentia non sunt formarũ</i>	
potestates	33
<i>Pharmacorum potestates quomodo per formam insint</i>	
35	35
<i>Pharmacorum purgãtium modi plures</i>	102
<i>Putrefacta odore, sapore, colore differunt</i>	
77	
<i>Putrefacientia cur diu in vëtriculo hereãt</i>	
132	
<i>Propter formam inesse dicitur simpliciter</i>	
34	

Quidam

I N D E X.

Q² Vidam cibi & medicamenta & ali-
menta 38

Quinta essentia non sunt temperata 95. non
sunt ex rebus corruptibilibus 97

Quomodo & quando veteres usi sunt phar-
macis. Metallicis 133

Quomodo & Deus & medici morbos sanēt
14

Quod tota agit substantia non omnibus par-
tibus agit 37. & cur 41

R

R Habarbarum 38
Ratio qua paracelsici metalla nobis si-
milis esse probant. 57

Ratiocinatio Paracelsicorum 75

Rosæ quomodo purgent 41. an eadem vir-
tute bilem purgent qua Rhabarbarum
& scammonia 42

Rupescissa & Arnoldi Villanova sententia
de auro poculento 113

Rupescissam mendacij arguit Paracelsus 81

S

S Ales nō nutriunt sed alimēta condiunt
54

I N D E X.

*Semina quædam non esculenta præferunt
fructus esculentes* 79

*Similitudo inter nutriendum & nutritum qua-
lis esse debeat* 58

Similima & dissimilima nobis quæ sint 60

Substantia rei quid sit 30

Substantiam lactis quid medici vocent 31.

Idem absintij 32

*Summaria totius disputationis comprehen-
sio* 139

T

T *Estimonia sacrarum literarum de ve-
ra medicina* 66

V

V *Enenum quid* 110

*Veteres cruda metalla agris exhibue-
runt* 132

Veterum ustio qualis 134

*Veteres metalla noluerunt intra corpus su-
mi* 143

Vera mistio Dei & nature opus 64

*Vinacea & cerasorum testa nec alterant nec
alterantur ingesta* 100

*Vinum & mel destillatione sunt pernicio-
sa* 79

Vires quot modis confirmantur 92

Virium

•
I N D E X.

*Virium robur non in duritia q̃i. in quibus
consistat* *ibid.*

Vis purgandi in scammonia 36

Vnicornu pulvis sine causa tanti estimatur
105

Vsta que namefficiantur acriora 134

*Vulnera secundum Paracels. curātur phar-
macis, nutrientia nutrientibus* 82

F I N • S.

A 1694 980

OCN 68245543











